



DISPENSATORIUM PHARMACEUTICUM PRAGENSE RENOVATUM

Medicamentorum Officinalium ſimplicium & compoſitorum, ſecundùm Artis Regulas parandorum & diſpenſandorum rationem exponens

SUB

AUGUSTISSIMIS AUSPICIIS

SACRÆ CÆSAREÆ REGIÆQUE MAJESTATIS

MARIÆ THERESIÆ

REGIS, & DOMINÆ NOSTRÆ CLEMENTISSIMÆ.

Variis & utiliſſimis Adnotationibus, Collectione ſimplicium, & præparatione Medicamentorum compoſitorum ſelectiſſimorum proviſum, ſumma ſedulitate combinatum, & à præſcriptionum erroribus caſtigatum.

SUMPTIBUS

FRANCISCI FERDINANDI KIRCHMAYR de REICHWITZ, *Medic. Doctoris, per Neo-Urbem Pragenſem Phyſici Regni Jurati, in Cæſar. Carolo-Ferdinandea Univerſitate Pragenſi Facultatis Medicæ h.t. Decani, Operis præſentis Compilatoris, Vetero-Pragæ Annô Salutis M DCC XLIX.*

TYPIS, Joannis Caroli Hraba, Inclytorum Regni Bohemiæ D. D. Statuum Typographi Annô 1750.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

OPERIS CENSURA.

ITà jubente Magnifico Domino Rectore Cæsareo-Regiæ Carolo-Ferdinandeæ Universitatis Pragensis legi, & relegi elaboratum Opus Dispensatorium Pharmaceuticum Renovatum Pragense nuncupatum, & in eo non solùm sinceras descriptiones formularum à gravissimis Practicis clymati nostro accomodatarum, sed & tempus colligendi simplicia, & debitè parandi composita reperi, quod in utilitatem practicantium integerrimè instructum typis dignissimum esse censeo.

Pragæ in Musæo meo 20. Octobris 1749.

JOANNES IGNATIUS de MAYERSBACH, AA. LL. Philosophiæ & Medicinæ Doctor, Professor Regius Publicus Ordinarius & Primarius, S. C. R. Majestatis Consiliarius, & Personæ Medicus.

DIſpenſatorium Pharmaceuticum Pragenſe renovatum à ſupra ſcripto Domino Profeſſore, aliiſque Collegiatis relectum typis mandari poſſe judico. Dabam 24. Octobris 1749.

FRANCISCUS DU TOY, AA. LL. Philoſoph. & Medic. Doctor, Phyſiologiæ & Anatomiæ Profeſſor Regius, Publicus ac Ordinarius.



QUòd Diſpenſatorium Pharmaceuticum Pragenſe renovatum à Domino Compilatore Doctore KIRCHMAYR ſedulè correctum novis formulis auctum & à præſcriptionum erroribus caſtigatum, typis mandari poſſit infrà ſcripti cenſemus.


IGNATIUS BEER, AA. LL. Philoſph. & Medicinæ Doctor, Phyſicus Regni juratus.

WENCESLAUS JOANNES PASCHAL de LILIENSTERN, AA. LL. Philoſophiæ & Medicinæ Doctor.



Imprimatur.

LEOPOLDUS GRIM è Societate JESU, Univerſitatis p. t. RECTOR.



AD
LECTOREM.

INter alia Regnorum, ſubditorúmque ſuorum commoda, & emolumenta, quorum ſive procurandorum, ſive augendorum curam pluſquam maternam SUA SACRA CÆSAREA, REGIAQUE MAJESTAS DOMINA DOMINA NOSTRA CLEMENTISSIMA gerere non dedignatur, viſum etiam Eidem SACRÆ CÆSAREÆ REGIÆQUE MAJESTATI fuit pro accuratiore in rebus humanis ſervando ordine: ut Diſpenſatorium Pharmaceuticum Pragenſe, quod decem abhinc retro lapſis annis jam typis excuſum nuper vulgabatur nedum à quibuſdam partim incuriâ librariorum operi inſperſis mendis, par-

tim occasione præscriptionum admissis erroribus sedulè repurgaretur; verùm majoris eorum, quorum interesrit, commoditatis ergò in formam methodúmque breviorem studiô & operâ nostrâ, quibus ejusmodi Provincia gratiosè delata fuit, revocaretur.

Nos Clementissimo altè fatæ SACRÆ CÆSAREÆ REGIÆQUE MAJESTATIS decreto ad amussim morem gerere volentes eò nostros conatus, vigiliásque solicita mente & arte direximus, ut ex productiori deliberandi spatio prævisè collatis ad invicem consiliis maximè necessaria in compendium sine obscuritatis tamen vitio sincerè stringeremus, & ea, quæ in ante editis diversarum nationum Dispensatoriis & authenticis manuscriptis præstant, eminéntque judiciô nostrô comprobaremus, & quæ non adeo aut clymati nostro aut temperiei hominum conducere experientiâ longâ didicimus, emendatiora certiore tramite saluti ægrotantium consulturi, ita presè exponeremus, ut tamen nihil eorum, quæ scitu sunt necessaria, omiserimus. Hinc est, quòd non modo seriem magis arcanarum sed & à sensu communi remotiorum formularum diversarum, quæ magni viri ab arte, & præclara medendi scientia in universitate nostra Pragensi usu habebant, ad certum, quem in hocce Dispensatorio experiri poteris, ordinem digesserimus, verùm & cuique medicamento ex causa novæ taxæ pretium utrinque æquissimum præfixerimus.

Porrò cùm hactenus benè multorum laudatissimorum Medicorum præcipuè Arabum, Græcorum, Romano-

manorúmque editi, quos manibus noſtris verſamus, libri, pleríſque incognitas & intellectu difficili res concernentes pondus, menſuram, numerum (quæ Pharmaceuticæ noſtræ quaſi prima elementa & rudimenta eſſe dignoſcuntur) characteres contineant, & ænigmatis in morem adeo dubiè exhibeant, ut non facilè à quovis myſteriorum ædipo percipi & reſolvi valeant. Te Lector amice ab intelligendi arduitate, periculóque errandi eximere, incolumitatíque ægrotantium hac ratione ſecuriùs proviſum iri volentes ſinceram ſimul & accuratam enucleationem mediantibus abacis proponimus, quin imo his multò plura ſicut communi hominum ſaluti perquam proficua, ità certè ſingulariſſima, quibus alia Diſpenſatoria deſtituta comperies, ſinè invidia, communicamus.

Et quoniam in minoribus Regni Patriis Civitatibus & vicis hinc inde ſitis paucîs ſumptibûs & anguſtiori apparatu erectæ pharmacopeæ rarioribûs & conſequenter pretioſioribûs medicamentîs ex defectu facultatum inſtrui adornaríque vix valent, neque id genus Pharmacorum ab expoſitis Pharmaceutis prudenter prætendi poſſunt, idcircò pro his, eorúmque, quibus præſunt, officinis ſpecialem cathalogum Medicamentorum, quæ ſemel pro ſemper de facili haberi poſſunt, & non tantùm pro actu viſitationis, verùm & omni tempore ejuſmodi ſpeciebus tam ſimplicibus, quàm compoſitis officinas ſuas proviſas habere debent, & tenentur, ad calcem operis hujus ex deſtinato adjecimus, tempúſque ſalubriter colligendarum herbarum, Radicum, Florum & Seminum, quibûs Patria

tellus noſtra abundat diligenter etiam conſignavimus, ità, ut nihil, quod adhuc à quopiam licèt Zoilo deſiderari poſſit, Diſpenſatorio noſtro deeſſe videretur. Id unicum adhuc reliquum eſt, quod Salutari Intentioni ſuprà Laudatæ SACRÆ CÆSAREÆ, REGIÆQUE MAJESTATIS, quod Genti Suæ, quod votis noſtris Lector amice debes, ut Operi huic magnâ induſtriâ, non minori providentiâ in uſum tuum compilato, manum tuam quoque admoveas legendo, ut tandem tibi, aliiſque proficere omnino valeas; indeſinenter teras.

Offerimus ſiquidem tibi in hoc Opere Nuccleum, ſi itaque edere vis, frange & maſtiga? Scaturiginem ſaluberrimis reduntantem Pharmacis; intentô velut digitô demonſtramus, ſi ex hac bibere cupis, ori admove, ſícque noſtro Labori, & Diſpenſatorio præſenti à SUA SACRA CÆSAREA, RERGIAQUE MAJESTATE Clementiſſimè approbato, ratificato, & pro Regno Bohemiæ, Typis mandari juſſo æquì boníque conſule, & vale.





PROLEGOMENA ISAGOGICA.

CAPUT I.

DE OFFICIIS & REQUISITIS PHARMACOPÆI.



Harmacia eſt ars ſimplicia medicamenta colligendi, depurandi, ſolvendi, componendi, aliis miſcendi pro ſcopo medici, in uſum ægrorum. Vir autem horum gnarus dicitur Pharmacopæus.

Atque patet, hanc eſſe artem medicinæ miniſtram, cujus auxiliô inſtrumenta contrà morbos ſuppeditantur, vel quandam ſaltèm medicinæ partem integralem, cui in provincia medica non minimus locus, adeò, ut primitus ab ipſis Medicis adminiſtrata, quod Artifici inſtrumentum fuerit Artem Medicam exercenti, & licèt tandem ſolô ſibi reſervatô in eam præſidiô, & authoritate, aliis commiſſa fuerit, illis tamen committi opportuit, qui ejus optimè gnari Rei Pharmaceuticæ optimam peritiam haberent, Pharmacorúmque parandorum rationem, & modum exactè tenerent, ſi-

mul ac morum, cæterarúmque virtutum compoſitione boni Viri officium gererent.

Et hæc ipſiſſima ratio eſt, quare ingreſſui noſtro hocce Pharmaceuticum Officium, & Requiſita Pharmacopæi præmittamus.

Quanta enim in Viro tali requiritur integritas, in cujus manibus Reipublicæ bonum, ægrorum vita, Medicorum honor, intentio, & confiſa ſalus? porrò ſi quis, ille cumprimìs artis ſuæ principium in timore Domini fundare debet, utpote qui Altiſſimus medicinæ Author totis viribus colendus, reverendúsque, qui omnia cernit, qui actionum omnium, & ſingularium rationem imò, & civium ſalutem, in hac parte ſibi creditam, ab ipſo eſt repetiturus. Amet ergo DEum ſupra omnia, proximum verò ſicut ſe ipſum, nec aliter ſe ergà proximum præſtet, aut exhibeat, nisì ùt pro modulo humanæ fragilitatis pura conſcientia, & perſpecta probitas poſtulat; vitet negligentiam, temeritatem, nec patiatur, ut lucri causâ fiat veneficus; ſit pius, ſit humanus, benignus, affabilis, placidus, officioſus, ergà pauperes mitis, & liberalis. Serviat cunctis, nec ſibi, nec ſua ſe moveant, ſed publica vota. Ægri bonum, Medici intentionem ſectetur fideliſſimè; in profeſſione ſua utiliter exercenda impiger, & ſedulus æternum Judicem præ oculis habeat; de benè actis immarceſcibilis conſolationis prœmium ab Authore bonorum omnium exſpectet.

Verùm enim verò tametſi in mox recenſitis ſumma perfectionum videatur conſiſtere, quas in Viro Pharmaceuto tam publica, quàm privata ſecuritas, utilitásque expoſcit, nonnulla tamen ſpecialiùs inculcanda duximus in ſequentibus, & quidem

Iò. Studendum eſſe, nè avaritiâ aut vani peculii illecebris ullô modô obſtringatur, ſiquidem avaritia baſis eſt paupertatis, fons impietatis, ſi ex trito verum: *Avaro tam deeſſe quod habet, quàm quod non habet.* Ità charitatem proximi amori opum non poſtponat, in mercibus comparandis, divendendis, juſti pretii memorem ſe exhibeat; corrupta, exoleta, aut fucata fraudulenter, & in noxam ægri non divendat, neque compendiis quibusdam vetitâ induſtriâ excogitatis publicum circumveniat, vel ſubſtituendo vilia pretioſis furtô divitias cumulet.

IIdò. Pharmacopæorum errores ægro partim nocent, partim in Medicos retorquentur; cavendum erit itaque, nè aut turpi libidini, aut ebrietati favendo nocivæ ſocordiæ particeps reddatur Vir Pharmacopæus. Ebrietas enim oblivionem, libido gerendi operis neglientiam cum modeſtiæ, & pudoris excidio gignunt, non ſinè beneficii metu, aut ſuſpicione.

IIItiò.

IIItiò. Ignorat, vel negligit, qui gerenda ſua alteri committit, adlaborandum ergo ſi cui, certè vel maximè Pharmacopæo, ut propria induſtria cuncta curet, operationibus miniſtrantium ſemper interſit, mercaturas, ſelectus, aſſervationes, præparationes, diſpenſationésque medicamentorum oculatus obſervet. Facienda, quæ, & quare, vel quomodo fiant, fundatè ſciat, caveat denique, nè putrido fulcro innixus in præceps ruat, dum homo homini nimium fidit, nè erroris alieni participem ullô modô ſe reddat, aut aliter incurius innocentis ægri valetudinem, Medici famam, & confidentiam lædat, memor, quòd plectendus ſit propter alium, qui per alium peccat, quod enim quis per alium facit, per ſe feciſſe cenſetur.

IVtò. Non habet decoris quidquam, qui doctrinâ, aut geſtis alterius avet commendari, hinc non alienâ (aſſumpti miniſtri) ſed propriâ doctrinâ polleat, qui rei Pharmaceuticæ magiſterium ſectatur, eſt neceſſe, eáque non triviali quadam, ſed fundatâ tam in iis, quæ præmittenda, aut præſcienda, quàm quæ ipſam artem conſtituunt. Quoad priora quidem, ut calleat linguam latinam, non ſolùm præſcriptarum, ùt ajunt, formularum legendarum, & intelligendarum causâ; ſed ob excipiendos, & cum fructu tractandos Authores, quos profitendo Pharmaciam de materia Medica ſimplici, & vulgari, exotica, aut compoſita de operationibus Pharmaceuticis &c. ſæpè ſæpiùs conſulendos habet. Dein ut in nomenclaturis, Græca, Arabica, & Germanica ſeſe verſatum efficiat, nè receptas voces confundendo, quid pro quo aſſumat; porrò ſignorum, ponderum, ſignificationum, cæterorúmque Technicorum uſuum ignarus, exitioſos errores committat.

Vtò. Non lectione tantùm aquiſitam, ſed praxi, & opere roboratam claram, diſtinctámque notionem habeat materialium, tum noſtratium, quàm exoticorum; noſcat, quæ vel in patria, vel ab exteris comparanda habet, quanti, quomodo, quando, comparari, aut haberi poſſint. Sic enim falſa à veris, adulterata à ſinceris diſcernendo inter bona, mediocria, optima, & irrita judicium ferendo, & delectum habendo errores præcludet, ægro ſalutem, Medico famam, ſibi meritum, & conſtans decus conciliaturus.

VItò. Cùm hauriat aquam è cribro, qui vult eſſe doctus ſinè libro, boni Authores neceſſarii erunt quoque Pharmacopæo, quos non copiâ, ſed valore æſtimet, inter potiores, antiquiſſimóſque celebrantur meritò: cum Dioſcoride Meſues, inter recentiores varii varia ſcripſerunt rei Pharmaceuticæ, non tam utilia, quàm neceſſaria, ſic enim rem Botanicam impensîs Regiîs, & propriâ laudabili induſtriâ poſt Dioſcoridem, Mathiolum, Tabernemonta-

num &c. excoluerunt Tournefort tractatu, cui titulus: *Des plantes, qui naissent aux environs de Paris*, in 8vo. A. 1698. recusus Gallicè. Annô 1725. Latinè Lugduni è Typographia Regia Annô 1719. in 4to. Tom. 2. Nehemgrevv, Robertus Boyle, & Nicolaus Deda, Tractatu edito Lugduni Patavorum Annô 1691. in 12mò. sub titulo: *Anatomiæ plantarum per Nehemum de Grevv*; *Robertum Boyleum*, *Nicolaum Deda*, chemicè in hoc tractatu resolvuntur plantæ, simul multa experimenta miscentur, eaque pulchra.

Dedartius Accademiæ Parisiensis membrum Tractatu tam in folio, quàm in 8vo. sub Titulo: *Historia Plantarum*; his accedunt in virtutibus medicamentorum designandis Botanici Dodonæus opere edito Antwerpiæ 1744. in Folio. Lobelius in opere, cui Titulus Stirpium observatio edidit. Antwerpiæ 1725. Hermanni Boerhaavii: *Historia Plantarum edita*: Londini sumptibus Societatis A. 1738. in 8vo.

Desuper medicamentorum notas, animadversiones, præparationésque scripserunt Carolus Clusius variis sub Titulis divulgatis in Tractatibus, uti: *Antidotarium Florentinum*, *Historia Stirpium Hispaniarum. Observationes plantarum Panonicarum. Exoticorum Libri X. Galliæ Belgicæ Chorographica descriptio. Historia plantarum rariorum. Historia aromatum, & simplicium aliquot medicamentorum apud Indos nascentium. Historia Americana &c.* Prostant hæc omnia opera 2. vol. in fol. Gregorius Horstius: *Herbariô de plantis selectis, & radicibus.* Mangettus: *Bibliotheca Pharmaceutica Tom. 2. in fol. edit. Genevæ Annô* 1703. Valentinus: In seiner Material-Cammer *in fol. 1687.* Omnes hi & plures alii cynosuram rei materialisticæ præbebunt haud vulgarem. Qui verò medicamentorum præparationes scriptis vulgarunt, sunt Angelus Sala, *operibus omnibus Chemicis in 4to. edit. Francofurti, 1647.* Joannes Schrœderus *in sua Pharmacia Medico Chemica edit. Francofurti A. 1685.* Joannes Zwœlferus *in Pharmacia Regia edita Norimbergæ in fol. 1678.* Josephus Quercetanus: *in Pharmacia dogmatica restituta, & hermetica, edit. Paris. & Germ. in 4to.* Daniel Ludovici, in Pharmacia moderno sæculo applicata, *edit. in 8vo. Gothô-Saxoniæ 1685.* Joannes Helfricus Juncken: *in Corpore suo Pharmaceutico in Fol. & 4to. Francofurti 1692.* Fridericus Hoffmanus Senior: *Clavi Pharmaceutica in Schrœd. 1625. Halæ Magdeburgicæ.* Ettmüllerus: *Pharmacia in Schrœd*, Neümann9. Varia Dispensatoria, ùt Vindobonense, Augustanum, *Augustæ A. 1694.* Prusso-Brandeburgicum: *Erfordiæ 1734.* Bruxellense: *Bruxell.* 1702. Pharmacia collegii regalis med. Londinensis: *Londini* 1724. Hi, & alii ejusmodi Authores sinè magno labore viam reserabunt ad abdita funda-

fundatámque rerum Pharmaceuticarum omnium conſcientiam contra omnem erroris, aut incertitudinis formidinem conciliabunt.

VIImò. Penes omnia iſta opportet, ut tam officinæ, quàm ſuppellectilis Chemicæ, quoad loci ſalubritatem, aſſervationis commoditatem, cæterámque munditiem diligentem curam habeat. Herbas, flores, fructus, radices, ſemina cum cæteris, quantùm poteſt lectiſſima, tempore, & locis, imò recipientibus congruis, colligat, aſſervet, à putredine, carie, aut corruptione conſervet, colat, inſtrumentis debitis ex uſu artis tractet. Nihil ſinè ſcitu medici diſpenſet, nec in praxim medicam (cujus ignarus vivit) ſeſe audaciter, & fœdifragè immiſceat. Philtra, venena purgantia draſtica ſinè Superiorū conſenſu plebegis non diſpenſet, ſinè avaritiæ luxu, aut prodigalitatis peſſima lue. De facultatibus idoneis ſibi provideat, ut congruo tempore omnia coëmere, meliora aptiori potiùs, quàm viliora demiſſiori pretio obtinere ſtudeat. In parandis compoſitionibus ſit accuratus, ſinè fuco operetur ubique, contra Medici intentionem nîl addens, omittens, ſubſtituens, aut mutans, nisì in præſcripto quid erronei, nocivi, aut aliter ſuſpecti deprehenderet, ubi Medicus ſalutandus, nîl verò authoritate propriâ mutandum eſt;

Receptarum formulas fideliter aſſervet, vel conſcientiosè extradat, ut, ſi quando repetere neceſſum fuerit pro ægri commodo? ad manus ſint. Negotio ſuo miniſtros adhibeat honeſtate vitæ notos, fidelitate, moribus inſignes, in arte peritos, probatos, ſobrios, atque caſtos. Non extollatur ad invidiam, nam laudari ſinè ſuperbia, innocentem eſſe ſinè avaritia pulchrum eſt; ſed pacem habere cum invidia impoſſibile. Majoribus denique debitam reverentiam, & in eis quæ artis ſunt, obedientiam præſtet alacriter. Neminem lædat, benèfaciendo cunctis. Confidentia enim inter homines faciliorem reddet, quàm divitiæ, ſi parvì æſtimentur.



CAPUT II.

De Simplicium Nativorum Collectione.

COllectio ſimplicium nativorum eſt: quâ in uſus Pharmaceuticos, vel Medicos è ſua productione aſſumuntur, nempe mineralia è fodinis effodiuntur, Vegatibilia eradicantur, aut decerpuntur.

Animalia perimuntur, ſecantur, præparantur.

Non parùm diſcriminis collectio nativorum adfert, prout decenter, vel ſecus uſurpatur; res verò colligendæ ſunt tantùm nativæ, in compoſitis hac curâ excuſamur.

Circumſtantiæ collectionum præcipuè ſunt

Tempus colligendi,
Modus collectionis.

Tempus colligendi determinatur non ſuperſtitioſâ vulgi opinione introductis Lunæ phaſibus, Syderum variorum influxibus, &c. Sed collata cum anni temporibus aptitudine uſui præfixo congrua. Et hinc eſt, quòd (poſteaquam finem duplicem habeat collectio: uſûs nempe, ceu applicationis, & aſſervationis) tempus colligendi illa ſimplicia, quæ mox in uſum vocanda ſunt, determinetur in ſummo vigore, qui eſt rei colligendæ, aut aſſervandæ medicamentosè congruens finis, ob quem res talis exhibetur, vel applicatur. Scopo aſſervationis autem aſſumuntur colligenda quæquæ, in ſtatu hoc quo apta fiunt, vel arte aptari poſſunt, ut datâ menſurâ temporis actuoſa ſervari queant, patet jam non tempus vernum, æſtivum, autumnale, hyemale, non menſem, Majum, Junium, aut quemque è duodecim; non hoc, vel aliud ſignum Zodiaci, nec diem, nec noctem, minùs incrementum ceu decrementum lunæ reliquósque planetas; ſed adeptam ſimplicium ætatem juxta datas maturitatis, & adoleſcentiæ ſtationes, aut periodicas nonnullorum turgeſcentias uſui, vel aſſervationi congruentes deſignare nobis opportunum tempus collectionis.

Ætas ergo, collectioni convenientiſſima cenſetur: 1ò. Conſiſtentiæ, ſeu maturitatis. 2dò. Accreſcentiæ, ſeu adoleſcentiæ, præcipuè ſi ea conſiſtentiæ aut vigori appropinquet, utrobique rei colligendæ ſubſtantia referri debet, conformiter ad elaborandum, & elaborandi facilitatem, ſic enim

Iò. E mineralibus metalla colliguntur perfectè matura, quod de lapidibus, cæteriſque mineralibus pariformiter obtinet, nisì præparationis difficultas, aut ſcopus Medicus aliud requireret; multa tamen ad uſus varios arte parantur poſt collectionem fundendo, ſeparando, purgando &c. de quibus alibi

IIdò. E vegetabilibus colligendi ſunt Flores, quamdiu expliciti vigent, nec marceſcunt; pauci ſi excipiantur in gemmis colligendi, ut roſarum, &c.

Herbæ colligendæ, ſeu folia, dum odore, colore, ſapore, cacuminéque ſuperbiunt, & floreſcentiæ proximæ ſunt, nisì aſſervandæ forent cum floribus, ùt hypericum, &c. ubi colligendæ quando florent.

Semina cùm matura fuerint, ſiccaríque inceperint, nec tamen exciderint.

Fructus ad uſum maturi, ad aſſervationem pauliſper immaturi, dicimus paulò, cùm interſit, ut nec aſperi ſint, nec nimium maturi.

Radicum collectio variat, quædam quovis anni tempore effodi poſſunt, ùt Angelicæ, Apii, Aſari, Graminis, Cyclaminis, Dracunculi &c. quas tamen præſtat Vere colligere; aliquæ colliguntur, antequam in ſtolones abierint, ùt ad finem Martii: Rad. Acori bulbi majoris, Altheæ, Ononidis, Ariſtol., Ari, Aſparagi, Betonicæ, Biſtortæ, Carlinæ, Caryoph., Brion, Chelidon, Urt, Cyperi, Diptami albi, Elebori nigri, Eſulæ, Filipend., Fæniculi, Gentianæ, Graminis, Hyoſciami, Imperat., Ireos Florentinæ, Lilii, Mandragoræ, Mei, Nympheæ, Orchidis, Pentaphili, Rubi, Ruſci, Pimpinellæ, Pæon., Polipod., Raphani ſylveſtris, Saxifrag., Sigilli Salom., Scrophul. Valerianæ, Vincetoxici.

Sunt qui præſtare volunt radices cunctas autumno colligere, ubi folia deciderint, viréſque in radices ſeceſſerint, alii verò, antequam in caulem ac folia abeat, alii in ipſo plantæ vigore, ùt Dioſcorides. Sed præſtat intueri naturam, & inde radicum tempus colligendi metiri.

Sic enim ſunt, quæ maturando ligneſcunt, citiùs colligendæ, ſunt quæ ſecus, atque ideò maturitatis tempore colligendæ ſunt, etiamſi folia deciderint, Nota benè, ſi cognitum vigorem radicis cum planta increviſſe obſervatione conſtat.

Tempora Floreſcentiæ, Vigoríſque plantarum inter duodecim menſes anni diſtributa, laudabili induſtriâ determinaverat præclarus olim Botanicus Simon Pauli: *Quadripartito Botanico*, *Argentinæ Annô 1667.* jam editô, & ſæpiùs recusô, cujus itaque tabulas, mutatis mutandis, quæ regionem, & uſum noſtratem reſpiciunt,

hic ſubjunctas ideò voluimus, ut uno quaſi intuitu pateat ſpecialis omnium vegetabilium ſelectus, tempora, vigoréſque individuales uniuscujúſque concernens.

Menſe Martio, Aprili, & Majo florent.

A.

Accacia germanica ſeu Prunus ſylveſtris primo Vere, achillea ſyderitis, à Majo in multam æſtatem floret.
Alchimilla Majo & Junio.
Atmi Julio erumpunt.
Alſines toto Vere florent.
Alyſon Galeni Majo.
Antirrhinum Majo ſub æſtatis finem.
Ariſtolochia } Majo, &
Aquilegia } Junio.
Aſarum Vere floret.
Aſparagi ſtolones menſe Martio, flores Majo proveniunt.
Aſphodelus Majo, & Junio.
Aſphodelus luteus iiſdem Menſibus.
Auricula muris vid. Piloſella.
Auricula urſi Vere cum aliis primulis veris.

B.

Barba Jovis S. Sempervivum vulgare majus ſub finem Maji, aut initium Junii florere conſpicitur.
Bechium S. tuſſilago circà Martii kalendas, & Aprili.
Bellides Aprili, & Majo.
Berberis vid. oxyacantha.
Betulæ Julii primo tempore prodeunt.
Brunella à Majo menſe in authũnum floret.
Bryonia Majo.
Bugloſſum à Majo, & Julio in æſtatis finem.
Bugula Aprili cum flore reperitur
Bulbonac S. viola latifolia flores Aprili profert.
Bulbus leucanthemus Majo menſe.
Buphtalmum Majo, & Junio.
Buxus perpetò viret, Aprili tamen nova germina promit.

C.

Calendula S. Caltha ab Aprili Majo in hyemem uſque floret.
Cultha paluſtris unà cum Ranunculo Vere floret.
Caprifolium, quandoque Aprili crebriùs Majo & Junio.
Caryophylata utraque Majo & Junio.
Caſtaneæ Julii cum foliis Aprili erumpunt.
Ceraſi Aprili florent.
Chamelaca germanica mox primo Vere floret.
Chameleangi S. Thée europæi aut noſtratis flores Majo, & Junio conſpiciuntur,
Chelidonium minùs circà Martii calendas.
Colutea à Majo in multam æſtatem.
Crocus acri ſoluta hyeme primo Vere effloreſcit.
Cruciata à Majo in finem uſque æſtatis reperitur.

Cya-

Cyani flos una cum frugibus florere incipit.
Cynosbati cum rosis florent.

D.

Dens caninus sub finem Maji.
Dens leonis mox ipso Vere floret.
Dentaria Aprili & Majo.
Diapensia vid. Sanicula.
Doronicum S. Aconitum Pardalianches Majo mense.
Draco sylvestris S. ptarmica Majo & Junio.

E.

Ephemerum sub finem Maji.
Equisetum Aprili & Majo.
Erigerum, primò floret Vere.

F.

Faba in Majo.
Farfara circa Martium, & Aprilis calendas floret.
Frangula Vere floret.
Fumariæ à Majo in multam æstatem florent.

G.

Genista germanica sub finem Aprilis, aut mense Majo floret.
Geranium robertianum ab Aprili in æstatem floret.
Gramen leucanthemum Majo & Junio.
Gramen Polyganthemum à mense Majo in multam æstatem floret.

H.

Hædera terrestris ab Aprili in multam æstatem.
Herba paralysis in Majo.
Herbæ Paridis flos in Majo.

I.

Indis flores mense Majo prodeunt.

L.

Laurus Vere floret.
Leucoium Aprili & Majo.
Ligustrum vide Phillyrea.
Lilium convalium circà calendas Maji.
Lingua cervina cum pollipodio viret in Junio.
Lunaria botrytis sub finem Aprilis, Majo & Junio inveniri potest.
Lupinus floret primo Majo, dein Junio, & initio Julii.
Lysopsis s. buglossum vulgare Aprili & Majo.

M.

Malus cotonea s. bombax & Millefolium à menseMajo in multam æstatem floret.
Myrhis Majo flores profert.

N.

Nasturtium hybernum s. barbarea Majo floret.
Numularia in multam æstatem.
Nucis Juglandis folia erumpunt primo Vere.
Nymphæa Majo & Junio mensibus.

O.

Ophioglossum à Majo usque ad Junium floret.

P.

Pæonia Majo.
Papaver erraticum Majo & Jun.
Parietaria Majo mense floret.
Petasitis spica cum floribus circa calendas Aprilis.
Pilosella s. auricula muris à primo quoque anni tempore in multam æstatem floret.
Pimpinella sanguisorba Majo & Junio floret.

Piſtolochia Majo & Junio.
Plantago anguſti folia Majo & Junio.
Polium Martio Aprili & Majo.
Polygala menſe Majo.
Polygonatum Majo & Junio.
Polypodium quovis anni tempore viret, Vere nova folia promit.
Populus primo Vere germinat.
Primula Veris Martio & Aprili.
Prunella à Majo menſe in autumnum.
Prunus ſylveſtris primo Vere incipit florere.
Pulſatilla Vere floret.
Pyri florent Aprili.

Q.

Quinquefolia non rarò æſtivis menſibus, rarò Majo florent.

R.

Ribeſium Majo menſe flores profert.
Roſæ quædam Majo, quædam etiam ſeriùs florent.
Ros marinum floret primò ſtatim Veris tempore.
Ruta ſylveſtris hypericoides citiùs, quàm hypericon, & ſub Martio floret.

S.

Salices Aprili menſe prodeunt.
Sambucus ſub finem Maji.
Sanicula ſ. Diapenſia Majo & Junio floret.
Satyrion baſilicon mas & fæmina latifolium Majo & Junio floret rarò ſeriùs.
Saxifraga {alba / aurea} Majo & Aprili.
Scolopendria cum Polypodio viget.
Sempervivum vid. Barba Jovis.
Senecio citò & primo Vere floret.
Sigillum Salomonis vid. Polygonatum.
Siliqua vid. ceratonia.
Staphilodendrum itidem Majo floret.
Symphitum maculoſum ſ. Pulmonaria maculoſa primo Vere erumpit.

T.

Taraxacon vid. dens leonis.
Thimus circa finem Veris floret.
Tilia menſe Majo.
Trifoliũ aureũ ſ. hepatica nobilis circa Februarii medium, ſi cœlum clemens fuerit, ſi rigidum Martio floret.
Tuſſilago circa Martium, & Aprilis calendas.

V.

Valeriana Majo, Junio & Julio floret.
Veratrum nigrum circa Ver.
Verbaſcum ſylveſtre Majo, & Junio.
Vinca pervinca Majo floret.
Viola latifolia Aprili.
Viola Martia v. nigra Martio ùt Aprili floret.
Ulmus verno tempore maximè viget.
Unifolium floret cum lilio.

Z.

Zarzaparilla Vere floret.

Junio, Julio & Auguſto æſtivis menſibus floret.

A.

Abrotani corimbi Auguſto in Septembri vigent.

Ab-

Abſinthium latifolium Julio & Auguſto flores profert.
Acetoſa cum lapathis Julio & Auguſto maturo ſemine turgere conſpicitur.
Aëinos ſ. elynopodium tota æſtate, & non raro Septembri.
Adianthum, iis annumeratur plantis, quæ quidem totô annô virent, æſtate tamen novæ germinant.
Agnus caſtus Auguſto.
Agrimonia Julio & ſeriùs.
Alchymilla Majo & Junio.
Alkekeng vid. ſolanum veſicarium.
Alliaria Majo & Junio.
Allium æſtate floret.
Alſine repens æſtate.
Althæa Julio & Auguſto.
Amaranthus ſpinas profert Auguſto, durant in hyemem.
Amni Auguſto.
Anagallis aquatica, Junio, Julio & Auguſto.
Anchuſæ florent æſtivis menſib9.
Anethum æſtate.
Angelicæ ſpecies æſtate.
Aniſum Junio & Auguſto.
Anonis Julio & Auguſto.
Antirrhinum Majo ſub æſtatiſq; finem.
Aprum hortenſe, ſemen Julio & Auguſto maturum profert.
Aquileia Majo Junio & Julio.
Ariſarum flores cum aſaro.
Ariſtolochia Majo & Junio.

Arrhemiſia { tenuifolia / latifolia } æſtate.

Aſcyrum eodem tempore quo hypericon floret. E 2
Aſperula Majo Junio, ac ſeriùs floret.
Aſphodelus Majo & Junio.
Aſplenium vid. ſcolopendrium.
Atriplex Junio & Auguſto.
Avena Vere ſata ſub finem æſtatis matureſcit.

B.

Bardana ſ. lappa major, item.
Beccabunga Julio & Auguſto.
Been album æſtate floret.
Beta tota æſtate viret.
Betonica Julio menſe.
Betonica aquatilis Julio & Auguſto.
Betonica Pauli ſ. veronica Iunio & Julio.
Biſtorta Majo & Junio.
Borrago magna æſtatis parte floret.
Botrys Auguſto.
Brancæ urſinæ flores menſe Iun. florent.
Braſſica æſtivis menſibus.
Bugloſſa à Majo & Junio uſque ad æſtatis finem.
Bupthalmum Majo & Junio.
Burſa Paſtoris tota æſtate floret.

C.

Calamintha à Junio in authumnum floret.
Calcatrippa æſtivis menſibus.
Campana cærulea ſub finem æſta.
Campanula major, minor, medio Junio, Julio & Auguſto.
Canabis apparente menſe florida.
Capillus veneris æſtate germinat.
Capparis æſtate.
Cardiaca à Iunio in authumnum floret.
Carduus Bened. } Iulio & Auguſto
- - Mariæ. } præcipuè floret

Carlina Julio & Auguſto.
Caucalis Julio ferè menſe.
Centaurum {majus} Jul. & Augu. {minus} unà cũ flor.
Centumnodia omni ferè anni tempore hyeme excepta viret.
Cepæ novellæ exactis menſibus colligi ac reponi poſtulant.
Ceterach. vid. ſcolopendrium.
Chamedrys ſylveſtris tota æſtate.
Chamæmelum odoratum Junio Julio & Auguſto.
Chamepitys Vere Julio & Auguſto cum floribus ſuccedente mox ſemine vigent.
Chelidonium majus ab Aprili in multam æſtatem floret.
Chryſanthemum tota æſtate.
Chryſanthemum latifolium Juni.
Cichorium Julio & Auguſto.
Cicuta Julio.
Ciceris pleræque ſpecies æſtate florent.
Cnicus Julio & Auguſto.
Cochlearia à Majo in multam æſtatem floret.
Coriandrum Auguſto.
Craſſula ſive Telephium alterum circà Aug. v. priùs.
Cruciata ſ. Gentiana minor Junio medio in Belgii hortis flo.
Cucumer vulgaris ſ. aſininus v. ſylveſtris æſtate floret autumno fruges fert.
Cucurbita floret æſtate, circà authumnum fructus illius maturus eſt.
Cumini ſemen circà æſtatis finem maturum colligitur.
Cuſcuta æſtiv. menſibus viget.
Cynogloſſus Junio & Julio.
Cynosbatos floret cum roſis.
Cyperi fabæ erumpunt Junio & Auguſto.

D.

Dauci flores Junio & Julio.
Dens leonis eodem cum cychoriis tempore floret vid. taraxacum.
Diapenſia Majo & Julio.
Digitalis æſtivis menſibus.
Dictamum verum menſibus æſtivis in hortis effloreſcere conſpicitur.
Dulcamara Julio.

E.

Ebulus æſtate floret.
Endivia ſ. intibum ſativum Julio & Auguſto præcipuè cum Floribus reperitur.
Enula campana ſ. helenium Jun. & Julio floret.
Eranthemum æſtivis menſibus floret.
Erica æſtate.
Enula ſativa Florem profert Junio & Julio.
Eryſimum Flores & ſemen Julio & Auguſto perficit.
Eſula vide lithymalus.
Euhpraſia Auguſto & Septembri.
Eupatorium Junio menſe ac ſeriùs floret.

F.

Fabaria vid. Telephium.
Ficus ſi per hyemem non deciderint mox adveniente æſtate perficiuntur.
Filipendula Junio & Julio.
Filix tota æſtate floret.

Filix tota æſtate floret.
Fiſtularia Majo & Junio.
Flos ſolis æſtivis menſibus.
Fæniculum æſtate.
Fœnum græcum eodem tempore.
Fragæ Vere floret, fructus autem Junio matureſcit.
Fraxinella Julio.
Fraxinus æſtate.

G.

Galega æſtivis menſibus.
Geniſta hiſpanica ſ. comm. Jul. & Auguſt.
Gentiana æſtate.
Gladiolus Majo & æſtate.
Glyzyrrhiza vera *Dioſcoridis* æſtate.
Glyzyrrhiza vulgaris ſub finem æſtatis.
Gratiola Julio & Auguſto.
Gramen leucanthemum Majo & Junio.

H.

Hedera terreſtris flores ſub autumnum producit.
Helenium ſive Enula Junio & Julio floret.
Helitropium circà ſolſtitium æſtivum potiſſimum floret.
Helleborus ſ. veratrū album æſta.
Hepatica alba in fine æſtatis.
Hepatorium aquatile plurimo æſtatis tempore.
Hepatorium ſ. agrimonia Junio menſe.
Hepatorium adulterinum ſeu hedera kunigundis Jul. & Aug.
Herniaria Junio & Julio nonnunquam Auguſto.
Hordeum viget ſub veris finem.
Horminum æſtivis menſibus.
Hyoſciamus eodem tempore.
Hypericon æſtate.
Hyſopus Jul. & Auguſto.

I.

Jaſmini Flores æſtate florent.
Illecebra æſtivis menſibus.
Imperatoria vid. aſtrantia.
Intibum ſativum vid. endivia.
Intibum, ſ. cichorium Julio & Auguſto.
Juris vid. Eryſimum.
Iris initio menſis Junii.
Jujubæ vid. Prunus.

L.

Lactuca agrina herba illius paulò poſt hyemem in agris viret, ſed à Vere in multam æſtatem floret.
Lactuca hortenſis Junio, Julio & Auguſto.
Lappa { major / minor } Junio, Julio & Auguſto.
Lavendula Junio & Julio.
Lens æſtate floret.
Lepidum Lepidii Flores Junio Julio & Auguſto.
Leviſticum æſtate floret.
Lichen Majo ac Junio menſe, capitula profert.
Lilium album Julio.
Linaria floret Julio & Auguſto.
Linium Majo & Junio.
Lithoſpermon ab æſtivo ſolſtitio ad Autumnum uſque floret.
Lotus ſativa ſ. trifolium odoratum alterum æſtivis menſibus.
Lunaria ſub finem Aprilis, Majo ac Junio reperitur.
Lupinus primo floret Majo, dein initiò Junii, tertiò verò Aug.

Lupulus Augusto & Septembri legitur.
Licopsis, id est buglossum vulgare & domesticum Majo & Jun.

M.

Majorana æstivis mensibus.
Malva hortensis Junio & Julio.
Malva sylvestris à Junio in multã æstatem floret.
Mandragora æstate.
Marũ vulgare s. clynopodiũ æstat.
Marubium æstate.
Matricaria æstate floret.
Melanthium, ejusdem semen julio & Augusto ad maturitatem pervenit, Flores sub finem Maji aut initium junii apparent.
Melilothus æstate floret.
Melissa s. melissophilon Junio, Julio & Augusto.
Melo in Germania ac Belgio non nisì serò & cùm æstas calens ac sicca fuerit ad maturitatem pervenit.
Mentæ vigent æstate.
Mentha catharia julio & Augustt.
Mentastrum cum iisdem floret.
Mercurialis tota æstate viget.
Mespilus sub æstatis initium floret.
Mejum junio floret, semináque profert.
Milium æstate maturescit.
Milium solis sub æstivo solstitio in autumnum usque floret.
Millefolium Flores ac umbellas profert à Majo in multam æstatem.
Morsus diaboli julio & Augusto cum Flore reperitur.
Morus, Augusto mense mora matura leguntur.
Muscus capillaris vid. Politrych.
Myrica vid. tamariscus.
Myrtilli sub æstatis initium florent, baccæ verò sub æstatis finem maturi fiunt.
Myrtus unà cum rosis floret, autumno verò fructus maturescit.
Mysea vid. Prunus.

N.

Napus à Vere in æstatem multã floret.
Nasturtium aquaticum æstate.
Nasturtium hortense Vere satum in multam æstatem floret.
Nepeta julio & Augusto.
Nigella semen mense Augusto profert.
Nymphæa Majo & julio.

O.

Ocimum junio & julio floret.
Ocimum sylvestre s. acinos æstate tota aliquando septembri floret.
Oleander julio Flores profert.
Ononis julio & Augusto cum Flore apparet.
Ophioglossum à Majo usque ad junium viget.
Orchis ejúsque species Majo & junio florent excepto odorato pumilione qui Augusto demum, & Septembri Flores profert.
Origanum æstivis mensibus.
Oxalis cum lapathis julio & Augusto maturo semine conspicitur.

P.

Papaver julio mense.
Papaver corniculatũ Maj. jun. jul.

Pasti-

Paſtinaca latifolia ſylveſtris iisdem menſibus.
Pepones omnes æſtivis menſib9.
Perfoliata Junio & Auguſto.
Periclimenon ſ. caprifolium. Apr. Majo & Junio floret.
Perſicaria cum hidropipere floret
Peſanſerinus cum atriplicibus floret.
Petroſeli non hortenſe ſemen Julio & Auguſto maturum profert.
Phaſeolus circà Veris finem floret æſtate fructus eſt maturus.
Pimpinella ſaxifraga Julio & Auguſto ſemen perficit.
Plantago aquatilis Junio Jul. & Auguſto.
Polygonatum ſeu ſigillum Salomonis Majo & Junio.
Polygonon mas tota æſtate floret.
Polytrichion æſtivis menſibus ſemine turgidum, in locis non paſcuis conſpicitur.
Portulaca à Junio in autumnum uſque floret.
Potentilla Flores Junio & Julio promit.
Prunus quidem Aprili floret, ſed fructus æſtate matureſcit.
Pſyllium Julio.
Ptarmica Julio.
Pulmonaria Majo & Julio.
Pulegium æſtivis menſibus.
Pyrethrum æſtate inclinante Florem profert.
Pyrola Junio & Julio.

R.

Raphanus ſ. Radicula ſativa { major | minor | magn. } exitū ver. in mult. æſtatē flor.
Rapum vernis & æſtivis menſib9.
Rhodia ſ. Roſea radix æſtate viret
Rhus, Rhoes Flores prodeunt Junio menſe.
Ros ſolis æſtate.
Roſæ quædam Junio & Auguſto, quædam Majo.
Rubus idæus Vere floret Junio & Julio ad maturitatem pervenit

S.

Sabina totô annô virideſcit.
Salvia Junio Julio v. etiam ſeriùs floret, fructus fert Julio.
Sambucus ſub finem Maji ac Junii calendas floret.
Sanguinaria, ſanguinalis, tota æſtate floret.
Sanicula, ſeu Diapenſia Majo & Junio floret.
Saponaria Junio & Julio.
Satureia æſtivis menſibus floret.
Saxifraga Julio & Auguſto.
Scabioſa æſtate.
Sclarea Junio & Julio.
Scilla Auguſto & Septemb. floret.
Scolopendrium totô annô viret, remiſſius tamen hyeme, æſtate nova folia fert.
Scordium Junio & Julio.
Scorzonera Majo apud Hiſpanos, Junio & Julio apud Germanos floret.
Scrophulariæ Julio & Auguſto.
Sedum aquatile ſeu ſtratiotes potamios Jun. Jul. & Auguſto.
Sebeſten vide Prunus.
Serpillum tota æſtate floret.
Seſelli cum Floribus ac ſeminib9 Julio ac Auguſto in vigore eſt.
Siler non niſì æſtate fervida ſemina perficit.

Sinapi media æſtate floret.
Siſarum quoque æſtatis menſib.
Solanum hortenſe æſtatis.
Soldanella æſtivis menſibus.
Solidago Sarracenica Jul. & Aug.
Sanchi ſpecies Junio & Julio omnes florent.
Spinachia Junio & Julio Flores & ſemen edit.
Stoëchas arabica { Jun. & poſt ſol-
- - citrina { ſtitium floret.
Sumach Flores Julio menſe profert.

T.

Tabacum ſub Auguſtum, quandoque ſeriùs floret.
Tamarix æſtate floret.
Tanacetum minus Jun. & Julio.
Telephium circa Auguſtum.
Tlaſpi cum maturo ſemine menſe Julio uſque in Auguſti reperitur finem.
Tiſſelium ſeu apium ſylveſtre Junio & Julio.
Tithymali florent æſtate.
Trifolium fibrinum æſtate.
Trifolium odoratum ſeu hepatica nobilis æſtate.
Triticum unà cum aliis cerealib9 æſtivis menſibus in meſſem matureſcit.

V.

Valerianæ ſpecies plurima æſtatis parte florent.
Veratrum album æſtivis menſib.
Veratrum nigrum æſtivis menſ.
Verbaſci ſpecies à Julio in autumnum uſque cum Flore videntur.
Verbena, Verbenacia, Jul. & Auguſto floret.
Vermicularis menſibus æſtivis Flores promit.
Veronica Junio & Julio.
Viburnum, viburni ſpecies Flores æſtate perficiunt.
Vincentoxicum Auguſto.
Virga aurea Auguſto.
Vitex eodem tempore.
Ulmaria Jul. & Auguſto cum Flore potiſſimum.
Urtica urens & mortua æſtate conſpicua eſt, minor etiam hyemem perfert.

X.

Xanthium Jul. & Aug.

Z.

Ziziphus vid. prunus.

Menſibus Septembri, Octobri, & Novembri ſeu autumno vigent, ac colligi poſſunt.

A.

Abies æque ac pinaſter cum picca, magna Europæ parte virent perpetuò.
Agrifolii baccæ autumno perfectam maturitatem accipiunt.
Alckeckengi fructus ſub autumnum matureſcunt.
Alnus, alni Juli Vere erumpunt, ſemen excidit autumno.

B.

Botriis Auguſto, & Septembri menſibus ad perfectionem pervenit.

C.

Campanula autumnalis ſub finē Auguſti & Septembris.
Colocynthis in Germania, ac Belgio ægrè autumno matureſcit.
Cruciata ſ. gentiana minor Septembri floret.
Cucumeris ſylveſtr. fructus circà autumn. matureſcit. Cu-

Cupreſſi fructus Septembri legere licet.

Cyclaminis Septembri eleganti ſuo Flore areolas hortorum exornat.

D.

Dracunculus, Dracunculi aquatici uvæ autumno perficiuntur.

F.

Fagus Aprili cum foliis erumpit, ſed fructus autumno demum maturantur.

G.

Gentiana minor vid. cruciata.

Goſſipium, Goſſipii fructus perficitur autumnô.

Gramen floret æſtate, unà cum frugibus radices leguntur.

H.

Hederæ Flores ſub autumnum prodeunt.

I.

Iridis Flores menſe Majo prodeunt, ſæpiùs tamen etiam autumnô.

Juniperus, ejus Fructus maximâ copiâ autumnô leguntur.

L.

Laricis coni ante hyemem legendi ſunt, reſina æſtivis menſibus.

Lentiſci Floſculi Vere, baccæ ſub autumnum perficiuntur, Maſtiche verò ſub vindemiæ tempus legenda.

Lupulus Auguſto, & Septembri colligitur.

M.

Meſpilla ſub finem Octobris matureſcunt.

Muſcus arboreus omni anni tempore, arbores illarúmque ramos inveſtire conſpicitur.

P.

Palmæ, autumnô matureſcunt, & tunc decerptæ in ſole exſicantur.

Panis porcinus, vid. Cyclaminus.

Q.

Quercus quidem ineunte Vere florida conſpicitur, glandes verò illius autumnô maturæ excidunt.

R.

Riccini ſemen autumnô matureſcit.

Ruſcæ baccæ autumnô rubent.

S.

Scilla Auguſtô, & Septemb. floret.

Senna ultra autumnum non durat.

Sorbi bacci Septembri, quandoque ocyùs matureſcunt.

Staphisagria matureſcit, & nigreſcit cum vindemia.

T.

Therebinthini Floſculi Vere una cum germinibus erumpunt, ſeptembri, & Octobri vindemiæ tempore baccæ maturitatem aſſequuntur, corniculæ circà idem tempus naſcuntur.

V.

Viſcum ſemper viret, baccæ autumnô fiunt, quæ in hyeme reſtant.

Vitis fructus autumnalibus menſibus maturi fiunt.

Urtica minor tolerat ipſũ hyemẽ.

Uvulariæ fructus ſub autumnum maturus eſt.

Menſe Decembri, Januario, & Februario, ſeu Hyeme florent.

C.

Corylus menſe Februario floret.

H.

Helleborus vel veratrum nigrum vid. Veratr.

L.

Leucoium bulboſum Februariô exit, & omnes Flores reliquos anteit.

V.

Veratrum nigrum circà Natalitia Domini.

CAPUT III.

De Simplicium Generali Delectu.

SUnt ſimplicia quædam, quorum genus patria, partes, locus, color prærogativas faciunt, quæve ſcienda ità quidem: ſi ſimpliciter occurat.

	SUMATUR.	
Acetum		Ex Vino.
Aloës		Succotrina.
Ariſtolochia		rotunda.
Balſamum		Opobalſamum.
Cardamomum		Minus.
Corallium		Rubrum mas.
Coſtus		Dulcis.
Cupreſſus		Nuces ejuſdē, fol. in adſtringētibus, lignum in diureticis.
Daucus		Semen cretici.
Eruca		Hortenſis.
Gummi		Arabicum.
Medulla		Cervina, vel vitulina.
Papaver		Album.
Petroſelinum		Macedonicum.
Piper		Album.
Plantago		Major.
Reſina		Alba.
Roſa		Rubra.
Santalum		Citrinum in pulveribus, rubbrum in decoctis.
Scordium		Creticum.
Spica		Indica.
Stechas		Arabica.
Thymus		Creticus.

Sed

Sed etiam plura ſimul noſcenda ſub eodem titulo comprehendi ſolent, ſi obveniant.

Quinque Herbæ emollientes Sunt.	Malva Althea Violaria Mercurialis Parienteria	his alii Brancã Urſinã Betam. Atriplicem. accerſent.
Quatuor Semina calida majora	Aniſi. Fœniculi. Carvi. Cumini.	
Quatuor Semina calida minora.	Ammomi. Ammeos. Apii. Dauci.	
Quatuor Semina frigida majora.	Cucumeris. Cucurbitæ. Citrulli. Melonum.	
Quatuor Semina frigida minora.	Endiviæ. Scariolæ. Lactucæ. Portulacæ.	
Quinque Radices aperientes majores.	Apii. Fœniculi. Aſparagi. Petroſelini. Ruſci.	
Quinque Radices aperientes minores.	Graminis. Rubiæ. Eringii. Capparis. Ononidis.	
Quinque Genera Myrobalanorum.	Citrinæ ſ. Flavæ. Chebulæ ſ. cepulæ. Indæ ſ. nigræ. Emblicæ. Belliricæ.	

Quatuor Flores cordiales.	Borraginis. Buglossæ. Rosarum. Violarum.
Quinque lapidum pretiosorum Fragmenta.	Saphyri. Granati. Smaragdi. Hyacinthi Carnioli s. Sardi.
Quinque Herb. Capillares.	Adianthũ nigrũ, Capill. Veneris Adianthum albũ, ruta muraria. Polytrichon aureum. Trichomanes. Asplenium s. Ceterach.
Quatuor Aquæ Pleuriticæ.	Aqua Cardui Mariæ. Taraxaci. Card. Bened. Scabiosæ.
Tria Olea Stomachica.	Absynthii. Cydoniorum. Mastichinum.
Quatuor Unguenta Calida.	Arregonis. Martiaton. Altheæ. Agrypæ.
Quatuor Unguenta frigida.	Album camphoratum. Rosatum Mesues. Populeum. Infrigidans Galeni.

Exoticorum Medicamentorum Simplicium Delectus.

ACcacia. Schlehendorn Jndianischer. Est succus arboris in Ægypto nascentis, qui ex maturis siliquis plurimum expressus coctione inspissatur, & Sphæricè figuratur. Porrò vesicis ad nos involutus defertur. Eligatur mundus, internè nitidus colore ex nigro subcerulescens sapore gratè adstringens.

Agallochum. Aliter lignum Aloës desumitur ab arbore propria oleæ

oleæ ſpeciem referente. Variis orientalis Indiæ regionibus inquilina. Hæc ſimpliciores vocabant lignum Paradiſi, quod ob feras inaccesſum in Paradiſo creſceret, ac proinde rariùs, nec aliter nisì fruſtulatim è Nilo collectum ad nos veniret. Eligatur ſolidum compactum ponderoſum, ſi fricetur: ſuaveolnens Aroma, & ſubamaritiem præferens nigro purpureum, quod accenſum non adeò promptè flagrat, nihilominùs reſinoſum liquorem ſat copioſum transſudat. Improbatur leve, carioſum, albicans, ſtatim inflammabile, frangendo pulverulentum. Diſtinquitur ab Aſphalto, quod hoc in ignem miſſum promptius in cineres deflagret, Agallochum adinſtar reſinæ liqueſcat, antequam comburatur, & præterea, quod colore ad fuſcedinem magìs, inclinet; adulteratur etiam ligno ſancto, ſed fumus fætidus, & mordax fucum manifeſtat.

Agaricum vel *Agaricus*, Lerchen-Schwammen / ab Agaria Sarmatiæ Regione nomen habet, éſtque laricis excreſcentia inſtar fungi eidem adnata, eligatur fæmina, id eſt candidiſſima levis rara friabilis primo guſtatu dulcis, mox amara & ſtyptica, improbatur mas ſeu gravis nigricans corroſa dura lignoſa, olim ex Sarmatia per Illiriam, ex Galatia Aſiam, ex Sycilia Alexandriam, atque inde Venetias deferebatur, nunc Tridentini montes, Galliæ Delphinatus nec non Vindelicorum Tractus ſat copioſam, & laudabilem ſuppeditant.

Aloë bona eſt pura, ſincera, arenis expers, ſplendida, ruffi coloris, friabilis, & gecinoris modô coacta, facilè ſolubilis, & egregiè amara. Improbatur nigra, difficulter liqueſcens, & fractu contumax, adulterationem ſucco Accaciæ vel admixto gummi habet cum Dioſcoride Plinius, etſi id primum minùs probabile appareat. Cùm ſuccus Accaciæ ſuccotræ, & Cambagæ ſolô Aloës nativo non ſit familiaris, ùt vult Garcias ab horto (a) imò cùm juxta Fallopium Succus Accaciæ majori pretio quàm Aloës ipſa comparari debeat. Sit quid ſit, ſi hic admiſceatur? minùs erit amara Aloës, ſin verò Gummi ſocietur colore dilutiori, & ſubſolutione viſciditate contaminatis probabitur, & Mangonium, croci admiſtionem itidem diſſvadet pretium pariter majus, fœcibus autem propriis, aut aquâ marinâ infectum, hìc ſapor ſalſus, ibi ſolutio, & inſpectio ocularis manifeſtabunt. Species Aloës quæ ad nos feruntur, ſunt tres.

1. Impura veterinariis, & mulionibus cognita dicta cabalina.
2. Quam ob colorem, & homogeneam congregationem hepaticam meliùs dicunt.
3. Præſtantiſſima Soccotrina, quam ob coloris pulchritudinem, alii Succocitrinam, alii Succotrinam, ab inſula hujus nominis vocitant.

(a) Cap. 32. de purgantibus ſimplicibus.

Ambra seu Ambarum, alii excrementum ceti, alii terram quamdam fungosam, ab insulis quibus pura innascitur avulsam, alii Succum odoratum, alii aliquid aliud esse arbitrantur; adeoque Ambram hi vegetabili, alii animali, alii denique minerali regno inserunt, adeò ut plurimorum sensuum diversitas ortum hujus pretiosissimi exotici ità intricaverit, ut ubique sub judice lis sit. Probabiliorem tamen, quæ saltèm nobis videtur, sententiam ut promamus; est eorum, qui censent Ambram nîl aliud habere cum animali, nec minerali regno, sed vegetabilium potiùs fœturam esse, dato enim, quòd in regionibus Orientalibus multa cadant pretiosa odorata, multa multis incognita gummata, succi, gummi resinæ, &c. quæ imbribus, aut inundatione aquarum abluta in lacus vicinos abripiuntur, sícque in maria abeunt, aut aliter solis calore in fluorem aguntur, & undis cedunt, fieri certè poterit, ut eadem hæc aquis innatantia ventorum vi, undarum impulsu in littus eructata porrigant ambram, de qua scimus, quòd è profundo maris sinu in littora liquidissima eructetur, ùt electum indurescat; inflammabilis pinquis odoris suavissimi naturæ Gummi resinosæ, & juxta hodiedum tentata ab iis, qui fossiles resinas declarant maximè alienè (b) ùt experimento laudabili evicerat clarissimus Hermannus Nicolaus Grimm (c) quòd enim verò in cetis reperta fuerit sæpiùs, Ambram animali regno accersendam non probat, posteaquam omnibus certè non cohabitat, nec ubique, & in singulis reperitur, consequenter ubi inventa fuerit, pabuli adinstar deglutita fuisse poterat, quô pactô cibus potiùs, quàm productum animale censenda est, præcipuè dum analysin ambræ, cum illa quæ circa succinum observatur, magnam affinitatem habere, grimmiana destillatio 1mò. in liquorem aqueum, 2dò. spiritualem liquorem, 3tiò. oleum flavum odore suavissimum, 4tò. sal volatile, Succini assimile, 5tò. remanentiam piceam &c. clariùs comprobare videtur. Sed hîs missîs Ambra ad nos defertur prout eandem suprà descripsimus, invenitúrque in Japonia, insulis Moluccanis, & Mauritii, Neicotres, in Sumatra ad occidentem in Borneo, & Caap commeriis propè Malabar sitis, optima censetur primo grysea colore cinerea marmoris instar variegata, sordibus carens odoratissima, levis, & quæ acu perfossa succum pingvem persudat, ex notis Kempfferi, si granula aliquot laminæ candenti imponantur, quô ipsô suffitus prodit adulterinum, cineris verò parcitas bonitatē probat. Hinc improbatur nigra, & candida odore, liquida impura. Adulteratur dum mox in littus eructatur, ubi mistiones varias promptè admittit, ubi nîl faciliùs illi admiscetur, quàm glumma orizæ in polli-

(b) Managet. Bibl. Phar. T. 1. p. 52. (c) Miscel. curios. Decur. 2. A. 1.

pollinem redacta, quæ levitatem cum colore glauco illi conciliat, ſed hanc fraudem teredines illata carie poſſeſſori detegunt, conſimiliter admiſtio gypſi gravitate, ligni aloës triturâ, ſolutione, odore, facilè noſcitur à perito.

Ammi, ſeu Cuminum Æthiopicum, ſunt ſemina exigua ſabuli grana referentia ſtriata globoſa, ſvaviter aromatica, ſaporis amari, acris, odoris fragrantis ferè ut origani & Thymi, optima deferuntur ex Alexandria vel Creta, ubi producuntur ex planta ſatis procera ramoſa Amioſellinum dicta, folia habente ùt anethum, in longas & in anguſtas diſſectas lacinias abeuntia, crinis ad coſtas proviſa, nomen à græco *ammos*, arena, *ammis* matula ob virtutem diureticam habet, dicitur etiam cuminum regium, Cammi & Cummi.

Ammomum, V. V. quidnam ſit, ſub judice lis eſt, alii illud Roſam Hiericho, alii aliud volunt, Officinis duplex monſtratur,

Majus Siſon, Sinon veterum eſt nigrum, rotundum inſtar granorum piperis rotundi, vel cubabarum minimè acre.

Minus minutum pallidum utrumque raró in uſu eſt, imò in locum Amomi veterum recipitur Acorus, ingreditur Theriacam.

Ammomum Cardomomum minus officinale putant nonnulli fructum eſſe plantarum ejuſdem generis ſpecie ſaltèm differentium, & quoniam illa differentia in fructuum duntaxat forma hoc eſt rotunda, aut triangulari conſiſtit, folia autem conveniunt, utramque hanc plantam pro una ſpectandam exhibent; eligatur recens, colore ad aureum vergens ſeu ſubrubrum, ſemine plenum, racemoſum, grave, valde odoratum, unius coloris, non carioſum, vocatur tale vulgo Amomum racemoſum; ſi grana eligantur? ſint aromatici odoris & ſaporis, gravia vegeta, rejiciantur nigra, rugoſa, excuſſa, ſitu contaminata, ſapore vel odore exoleta, dicitur ab odore irreprehenſibili, *momos* enim eſt reprehenſio, *amomos* reprehenſioni non obnoxium.

Ammoniacum, Gummi ſeu Hummoniacum eſt lachryma ferulæ Affricanæ juxta delubrum Hammonis, unde etiam nomen traxit hammoniacum, gummi eſt adinſtar thuris grumoſum ſubalbicans, cui ſemina Angelicæ inſtar inſperſa ſunt, odor eſt ferè caſtoreus, & gravis ſapor aromaticus amareſcens laudatur ſincerum, ligni & calculorum, aliarúmve ſordium expers, odore galbanum utcunque referens, ſapore amaricans floris flavum, intus ſubalbidis glebulis nitens, manutractatum miteſcens.

Anime, rectiùs gummi animæ, vel animeæ, eſt Reſina alba citrina fragilis in nova Hiſpaniola de arboribus ſatis proceris inciſis ſtillans, prunis impoſita gratiſſimi odoris, thuri ſimillima, quô tamen

men majora grana refert, quid ſub hoc nomine intelligatur incertum eſt, nonnulli id cum cancamo confundunt, alii ſeparant, & per cancamum gummi laccæ intellectum volunt, alii ùt Manattus (d) illam duplicem ſtatuunt: Occidentalem, quæ arboris in Hiſpania nova creſcentis lachrima eſt, ſ. reſina alba thuri-color pellucida ex albo, ùt dictum citrineſcens copali magìs oleaginoſa, vel lutei coloris inſtar reſinæ ſub frangendo; bona ſi ſuper carbones ſtatim conſumatur, ſuaveoleat, differt ab orientali quòd nec tam candida nec lucida ſit, item quod orientalis in magnis tranſparentibus fragmentis adferatur.

Gummi animæ Orientale eſt triplex, *album*, *ſubnigrum* Myrham quodammodo referens odoratu, à Dioſcoride inter Myrhæ ſpecies translatum, & Minæa à ſolo nativo dictum. Apud Serapionem dicebatur Aminæa, & hinc apud Luſitanos corruptô vocabulô Anime. Tertium quod Cluſſius addit albidum reſinaceum retoridúmque. Optimum cenſetur quod mundum albicans, aut flaveſcens Succini adinſtar translucidum, qua ratione à Geſnero (e) Succini Indici ſpecies credebatur.

Antimonium ſemimetallum, ſeu corpus minerale, metallis affine, conſtans 1ò. Sulphure, communi affini, 2dò. ex regulina, ſeu metallica parte (ùt alii volunt rubiginoſo & indigeſto ☿. compoſita, partim de natura ♄nina participante, 3ò. ex portione v. plus minus Salinæ arſenicalis; in Officinis exſtat liquefactione exminera fuſum in formas pyramidales, minera raró eſt venalis (f) dicitur aliter ſtibium, enigmaticè *lupus*, quòd omnia præter aurum devoret. *Proteus*, quòd omnes colores in igne induat. Radix metallorum, quòd omnibus metallis adſit. ♄. Philoſophorum quòd voret, quòd ♄. ſit affinis, quòd lapis Philoſophicus inde ſomnietur. Magneſia ♄.ni dicitur eadem ratione.

Solum nativum habet in fodinis plurium regnorum, imò in Germania, laudatur primò Hungaricum & Tranſylvanum, quod ſulphur pluriùs auríque nonnihil habere creditur, ſecundò ſtriis ſplendidioribus oblongis obſcurè rubentibus præditum, de quo Paracelſus ſub nomine rubentis leonis. Artifices bonitatem explorant: 1ò. chartam luteo colore tinctam affricando, ſi rubra litura maneat ſuperſtes. 2dò. fortiſſimi vini ſpiritûs drachmas aliquot imbibendo, pulveriſati antimonii, ínque lamella ferrea vel figulina ad lentum ignem nè antimonium fluat evaporando, in pulverem rubeum bonitatis notam, Germanicè Spieß-Glaß.

Arum quaſi ſacrum ab *aron ieron* Græco. Hujus notæ genericæ ſunt, piſtillus in medio flore pro ſtylo nudus, flos monopetalus

ſedi

(d) Bibl. Pharm. F. 1. p. 77. (e) Lib. 3. Ep. M.
(f) Neimannus in diſſ. de ♁.

ſedi fructuum cohærens, bacciferum eſt, ejúſque fructus obductus pulpâ humidâ, intus ſeminibus conſtat, foliis integris, & minùs diſſectis, à Dracuntio differt. Characterem imò habet Colœaſiæ plantæ aquaticæ ſimilem, Radix ari eſt rotunda, tota alba nucis juglandis magnitudinis, ſapore acris adeò cauſtica eſt, ùt maſtigando fauces adurat, ſitim inextinquibilem creet ger. Pfaffen-Pint. Teutſcher Ingber.

Aſſa dulcis, idem ac Benzoinum Benivum, Reſina eſt nobiliſſima, Betzoinum etiam dicta, ex arbore Benioina folio-citri vulnerata profluens, olim ex Taprabana ſeu Summatra Inſula Indiæ Orientalis, nunc ex Fava per Belgas adfertur Ide Baniavenſe dicta. Garcias folia arboris Baniviferæ in majoribus ramis dicit ſe vidiſſe inſtar Salviæ, licèt latiora, minúſque longa. Hoc Benzoinum teſtante Garcia non eſt laſer, ùt aliqui putârunt, quia hoc herbæ, Benzoinum arboris lacryma eſt, ùt teſtantur fragmenta æmulorum ligneorum admiſta, differt à Myrha, cùm amaritudine careat.

Benivi variæ ſunt ſpecies; 1ò. Amygdaloides ab unquibus, & maculis albis amygdaliformibus; præſtantiſſimum eſt, quod ex Sian atque Mirtaban ad nos venit. Nigrius ex Fava prodit, & Sumatra, & non tam carum eſt. Nigrum præ utroque priori odoratius in Sumatra è novellis arboribus colligitur, quod priori carius imò odoratius huic fragrantiæ causâ comiſceri ſolet, ut habeatur candor primi cum fragrantia ſecundi.

Probatur durum, compactum, purum, amygdaloides odoratura Xyloaloi affine, adulteratur reſina, thure maſculo, ſtyrace admiſtis, ſed odore parco colore non variegato detegitur dolus: Germanicè Benzoin.

Aſſa Fœtida ex Perſia ad nos utplurimùm defertur, & inter Laram & Cama civitates, ùt ajunt, naſcitur. Hanc vocem ex laſere corruptam plurimi putant, quæ herba opio eſt ſimillima, dicitur ſed malè, à laſere provenire, ità ſcribente Jacobo Pondio. (g) Meliùs ergo plantam, è qua obtinetur, duplicis generis Garcias, & Pondius ſtatuere videntur, unam ſarmentoſam, ferè ùt ſalix aquatica, unde torculari aſſa fætida ſeparatur, & ſole inſtar alves induratur, è radice ejuſdem ſolidiorem, & meliorem aſſam prodire eoſdem authores, & teſtes habemus. Alteram Rapifoliô inſignem; hæc gummi circà finem æſtatis ſpontè eructat, quod dein in autumno colligitur. Eſt autem Aſa deſcribente Bauhino lenta, & ſequax, compactæ ſubſtantiæ, colore ruffo, glebis ſat magnis coacta, odore inſtar allii graveolens, nares fortiter irritans, ſapore primum amaro, dein mordaci, in Officinis ſæpe impura adulterata, viſu, guſtu, odore cognoſcitur. I *Aſca-*

(g) Hiſtor. nat. & medic. Indic. Orient. lib. 4.

Ascalonica Cæpa, ſive fiſſilis plures ſimul conjunctos bulbos Porraceis mediocribus ſuppares fibroſos habet, ſapore cæpæ vulgaris, folia exeunt fiſtuloſa, terretia, glabra eodem ſapore prædita, eadem & florem rariſſimè profert.

Aſphalathum veterum recentioribus non eſſe cognitum cum Mathiolo putant aliqui. Ruellius lignum Rhodium ſub hoc nomine intelligi pronunciat contradicentibus Cordo & Mathiolo. Sit quid ſit, noſtrum ex Syria, Iſtria, aut Rhodo inſula venit, cum ligno Aloës magnam affinitatem alit, licèt ſit multò teneriùs, nec ità mordax, probatur denſum odoratum ponderoſum, ac guſtu amarum, & juxta Plinium aliqualiter Caſtoreum referens. Sunt qui Aſphalatho lignum Aloës ſubſtituunt, imò pejores pro hoc Santalum citrinum.

Aſphalthum transfertur ad nos ex Phænicia ſidone ac mari mortuo, referentibus id hiſtoriis (h) optimum eſt judaicum, unde ſub nomine bituminis judaici venditur in Officinis. Probatur puriſſimum, lucidum, ſplendens, grave, & valde olens, ſubſtantia mediocriter compactum, leve, fragile, & colore purpureo præditum, adulteratur pice admiſta, deprehenditur mangonium, ſi juſto citius liqueſcens ſordidum vitioſum ſit.

Balſamum ſeu Balſamus denotat genus quoddam odoramenti craſſiuſculi, inſtar unquenti, dividitur in naturale, & artificiale, de priori hìc agemus. Opobalſamum vide ſuô locô.

Balſamus Peruvianus revireſcente arbore circà Februarium & Martium lunâ plenâ ex læſo cortice deſtillat, ac in pendulis vaſculis excipitur Cahureicica dictus, in Imperio Peruano circà fluvium Jeneirico in Diſtrictibus D. Vincentii, & Spiritûs Sancti. Probatur fragrans ſubſtantia compactum & tenax, ſed calefactum ſequaci & ductili, vid. Piſ. Si in ſpiritu vini præcipitetur, & neutiquam commiſceri poſſit.

- - - *Tolutanus* ſeu de Tolu, advehitur ex Indiis meridionalibus de provincia inter urbes Carthagena, & Nombre de Dios ſita, Totu ab Indis dicta, ubi corticibus inciſis colligitur ex arbore Piniformi cochlearibus ex nigra cera factis ſub æſtum ſolis, cum ſubnocturno frigore non fluat. Eſt coloris rubri ad aurum tendentis, mediæ inter denſum, & liquidum conſiſtentiæ glutinoſus, & ubique adhæſione tenax, ſapore dulcis, & gratus, minimè nauſeoſus, odorem poſſidet gratiſſimum limonum fragrantiam quaſi referentem. vid. Monard. & Schrœd.

- - - *Copaivæ* eſt ſuccus herbarum hujus nominis, vel ùt vult Piſon, aut Maregrav arboris balſamiferæ braſilienſis, fructu

mono-

(h) Bocardo & Petro della Valle.

monofpermo', qui limpidiffimus confiftentia oleo therebinthinæ deftillato apprimè accedit, atque è fua arbore incifo cortice tam luxuriosè ftillat, ut fpatiô trium horarum ad 12. libras accrefcat, fi nihil forte fluat, vulnus argillâ vel cerâ obtunditur, & moram cum fœnore duabus hebdomadis exfolvit. vid. Pif. &c.

- - - *Liquidambar*. f. liquida Ambra ob odoris fuavitatem fic dicitur, eft refina oleaginofa fuaviffimi, ac gratiffimi odoris, effluens ex arbore quadam procera ac venufta, foliis hederæ Ococol dicta, éftque partim ficcior, quod fedimentum forte eft, quæ feorfim confervatur; partim tenuior ficciori fupernatans, alia quoque exprimitur, fed vilioris fortis. Nafcitur ifta arbor in Hifpania nova Americæ meridionalis.

- - - *Maripendam* ex Cymis, & Afparagis teneris imò etiam racemis additis herbæ hujus nominis hunc balfamum colligunt Hifpaniolæ novæ in America incolæ exprimendo, expreffum in aqua coquunt, atque ad mellis confiftentiam infpiffant. Dicitur maripendam ab arbore talis balfami germina, quam Fr. Hermandez defcribit apud Mang, Bibl. pharmac. fub hoc titulo; p. 394. Tom. 1.

Bdellium eft Gummi, aut lachryma refinofa Myrrhæ guftu, & colore proxima, fed cujus arboris incertum eft. Plinius verò arborem bdeliferam nigram oleæ fimilem ftatuit. Lobellius, & Penna affentiunt, & fe ligna talia cortice nigro obveftita, fimul, ac multo bdellio incruftata inter alias merces expifcatos narrant, dum alii eam Myrthiferæ valde fimilem faciunt, imò ipfe Lobellius & Penna, quod bdellium putatur, myrhæ fpeciem effe exiftimant. Demum adhuc alii gummi anime verum antiquorum bdellium effe putant ob multas notas communes. Probatur guftu amarum, lucidum dum frangitur; pingve dum fricatur, odoratum facilè mollefcens, fincerum parthicum nominant. Reprobatur fordidum, nigrum in offas convolutum, quod *Adrobalon* nuncupatur. Adulteratur cerâ, fed fraus odore, ac guftu innotefcit, cùm hoc nec ità odorum, nec adeò amarum habeatur.

Benzoinum, vid. Afadulcis:

Bezoar lapis Perfis Ba-Zaphar ex Ba, & Zaphar, quorum prius fignificat *conta*, & alterum denotat *venenum*, quafi latinô ethymô antidotũ dixeris, lapis Bezaphar ab indigenis Pazan defumitur ex cervicapris, & nonnullis fimiis Bavian dictis, referente D. Grimmio, & Tavernero, ubi in ventriculis generari illum refert Pontius cum Rayo (g) in Officinis noftris habetur duplicis generis unus orientalis, qui ex Egypto, Perfia, India, China, & vicinis regionibus ad nos venit: optimus qui ex infula Macaffar à fimiis defumptus

 ptus

(g) In Synopf. method. anim. quadr.:

ptus adfertur, præſtantiâ ùt vult Philbaldæus alium à rupi capris deſumptum triplo excedens. Alter

- - - Occidentalis, qui ex America Regno Peruviano adportatur; præfertur poſteriori prior, & efficaciâ, & pretiô in ratione facilè dupla. Probantur Orienales nigro-vireſcentes, & quorum pulvis viridis eſt, qui ſuperiori cruſtâ ablatâ inferiorem ſplendentem habent, ac in meditullio concavi arenulam lapidi ſimilem continent, ſi calci vivæ lapis affricetur, indeque paulopoſt flavus color emergat, ùt & ſi lapis chartæ cretâ imbutæ affrictæ viride ſtigma poſt ſe relinquat. Occidentales ſunt coloris ſubcinerei longè graviores, ſuperficie ſcabri, ùt Orientales non ſplendent, cruſtas habent craſſiores, & gypſeas, mirabiliter ſtriatas, ex quarum dein ſtriarum & radiorum defectu paſtæ adulteratæ cognoſcuntur.

Biſmuthum, Marcaſita excrementum eſt metallicum, ſubſtantia nempe, colore plumbum, & ſtannum intermedia, utróque durior, ſtibio ſimilis, fragilis, & ſciſſibilis, fracta ſplendet, & ſtrias latas habet, ante ignitionem liqueſcit, tinnit, manum inficit, reperitur in propriis, vel argenti fodinis, & albo nitore argentum æmulatur, ſulphuris præſentis notas gerit, acidíque actione bituminoſa dimittit, metalla volatilia, & friabilia ſuo admiſtu facit. Invenitur in Miſnia duplex: *aurea* ob flavedinem, *argentea*, ab argenti æmulum colorem. Rarioris, & tantùm externi eſt uſûs, ex compoſitis habetur magiſterium biſmuthi coſmeticum Rolfincij.

Cacao, ſeu Cacavate Avellanæ mexicanæ quatuor ſpecierum arboribus, vel ſponte, vel cultæ naſcuntur. In nova Hiſpania Quatimala, Nicaraqua, Hiſpaniola, Duba Zamaica, imò etiam ab Hiſpanis in Regno Hiſpaniarum Europeo cultivantur; omnis tempeſtatis caloris, frigoris, aut alius intemperiei impatientiſſimæ ſunt, hinc ſpontè in umbroſis tantùm locis prodeunt, ideóque arbori, de qua germinant, alia umbroſa, quam Cacao Euanathli matrem Cacavi feræ appellant, juxta plantari debet. Creſcunt in Siliquis, ità ut tota Siliqua, quâ concluduntur, magnitudine accedat cucurbitæ mediocri. Conformiter arbores ex qua naſcuntur, quatuor ſpecies habent. Prima, & ſecunda vocantur Gros, & petit caraque, tertia, & quarta Gros, & petit cacaos des Isles, bis in Junio, & Januario vindemiantur, ubi nuclei dicti cacao ſinguli ſingulis membranis obvolvuntur gelatinam quandam includentibus, quæ in ore ſtatim lacteſcit. Nucleorum numerus variat pro fructûs magnitudine, à duodennario ad tricennarium, & ultra, qui magnitudinem habent amygdalarum vulgarium, non tamen ità compreſſi ſunt, membrana tenui cinguntur. Ante maturationem

al-

albent, poſt rubent obſcurè, exſiccati verò, & Chiocoladæ idonei nigricant, figurâ, & colore reni bovillo accedunt. Feruntur ad nos exterioribus involucris exuti in ſole exſiccati guſtu ſubamari, & oleoſi.

Caffe, Fabarum ſpecies eſt in Arabia felici, Natolia rariùs, Germania, vel Bohemia naſcens, è qua toſta mediante aqua Tinctura extrahitur ſub hoc nomine ſorbillari ſolita, vocatur Coffi Coava Gunchum. Arbor eſt Evonymo Spindel-Baum ſimilis, niſi quòd folia hoc habeat craſſiora, & duriora perpetuò virentia. Singulæ vel plures fabæ folliculis caſtanei coloris includuntur, exſiccati ad nos deportantur, adulterantur ſub infuſionem cruſtis panis, fabis toſtis vel piſis, ſed ſapore fraus facilè detegitur. Huc ad nos venit triplex ſpecies, prima, quam Levantinam vocant, quæve ex Arabia, aut Turcia venit. Secunda ex India Orientali, quam Javanicam vocant. 3. ex India Occidentali Americæ, quam Surinamam dicunt. Levantinæ fabæ ſunt minimæ, & ex obſcuro flaveſcunt. Javanæ maximæ contra pallidè flavæ, dum Surinamæ mediocriter virideſcunt. Probantur, quò magis recentes, quod ex virore cognoſcitur, cùm quò magis flaveſcunt; eò minùs recentes meritò cenſeantur.

Camphora eſt Gummi ex albo pellucidum graveolens ex Chyna Japan, aliiſque locis ad nos delatum, omnium optimum dicitur, quod ex Borneo, vel Ceylon venit, ſed ob pretium nimiùm fortè huc non adfertur, adeò ut hoc, quod habemus ex Regno Sinico, & Japonico veniat, probatur album, pellucidum, purum, valdè odoratum, quod pani impoſitum madeſcit, vel calidæ incluſum paſtæ relicta impuritate totum conſumitur, quod facilè accenditur, non gummoſum, ſed reſinoſum, tritu difficile in alchoole perfectiſſimè ſolubile, pellucidiſſimum, odoratiſſimum, deſtillando totum cum alchoole volatile, in liquorem homogeneum aſcendit, ſimul ac guttula abdeſtillati hujus liquoris aquæ immittitur, ſtatim lacteſcit camphora, in hoc tamen ab aliis reſinis differt, quòd ſolvatur in ſpiritu Nitri, aut aqua forti, non tamen tam promptè, ùt in alchoole, dicitur adulterari per gummi juniperinum, ſed colore & opacitate &c. fraus facilè detegitur, dicitur etiam ex radicibus arborum cinnamomiferarum, imò ex ſalvia obtineri. Ferunt eam optimè conſervari, ſi ſeminibus Pſyllii, Lini, aut Piperum ſepeliatur, ſed optimè ſervatur in vitris à contactu aëris probè cuſtoditis.

Cantharides, *Cantharis dioſcorid.* ſunt inſecta coleoptera oblonga, ex aureo fulgore vireſcentia, quæ frumenta arrodunt, naſcuntur ex vermiculis Erucis ſimilibus. Probantur ad uſus medi-

cos, diverſi colores, & qui luteas in alis transverſas lineas habent, craſſa ac blattarum more pinguia recentia, rejiciuntur unius tantùm coloris carioſa. Enecantur linteo vapore aceti vini imbuto, reponuntur ad uſum.

Caragna, Caranna eſt reſina duriuſcula tenax, non admodum glutinoſa Tacamahacæ ſimilis, niſì quòd ſit paulò odoratior, ſplendidior, liquidior, & denſior, adſertur ex America interiori per Carthaginem, & Nomen Dei; Nova Hiſpania, ubi ex vulnerata arbore elicitur, atque illinc foliis latis, ac nervoſis inſtar arundinaceorum foliorum involuta ad nos pervenit. Sæpe illud gummi in cucurbitis cavis quoque colligitur. Probatur ſi notas habet mox dictas, hinc ſi odore Tacamahacam referat, ſed graviore, ſi pinguis ſit, & oleoginoſa, ideóque tenax ſinè multa glutinatione, aut colliquatione. In Officinis habetur duplex communis, & electa, quæ itidem ex Carthagine Americana ad nos venit purior, ac cryſtalli ad inſtar limpida odoratior.

Carbo Petræ, Carbo foſſilis, bituminis terreni genus eſt, foſſile lapideum, nigrum. Dicitur carbo, cum nonnullis populis ùt Belgis, Anglis, Germanis fomitem ignis præbeat. Differt à Gagate, quod hìc in flammam ardeat, bitumen ſpiret, ſecus ac carbo; à ſuccino, quòd ſuccinum aquis non inardeat ſecus ac Gagates, item quòd ſuccinum ardens bitumen non ſpiret. Quòd Gagates ſit lapideus, ſuccinum leve.

Cardamomum, ſemen plantæ arundinaceæ in India Orientali creſcentis, amomo facultate cognatum, majus & minus; majus vocatur granum Paradiſi, minus ſimpliciter dictum eſt Cardamomum Officinarum. Probatur utrumque anguloſum, frangenti contumax; mundum non pulverulentum, ſiccum, acri ſapore linguam vellicans, ac odorum, illud colore puniceum, hoc ſubrubrum, rejectis granulis nigris rugoſis, & exſuccis.

Carpobalſamus, eſt balſami Ægyptiaci fructus oblongo rotundus rugoſus piſo minor, ſpiceo fuſcus, in parvum aculeum deſinens, quatuor ùt plurimùm quaſi coſtis notatus, dum matureſcit medullam includens balſamicam, oleoſam albicantem odoris grati, aliquando nullam, ſed putamen tenerum caſſum. Locò carpobalſami proſtare fructus lentiſci benè monet Mangettus (h) nam quid ſit veterum carpobalſamum nemo novit; atque cùm Turcæ tranſitum prohibent, raró ad nos venit. Hinc fructus, qui in Officinis venditur ſub hoc nomine, non eſt carpobalſamū, ſed potiùs fructus Malabathri. Si haberi poteſt eligatur plenum vegetum ponderoſum ſapore acre, odore opobalſami præditum, à *xarpos* fructus *balſamon*.

Caryophili aromatici, ſunt fructus arboris Indicæ, qui ſi maturi

(h) pag. 434.

turi quadruplo ferè sunt majores, & crassiores, quàm immaturi tabernis sub hoc nomine noti, atque antophili dicuntur, nucleum continent durum, majores sunt, & magìs ventricosi.

Altera species admodum rara minori forma, sed magìs denticulata, vocatur Kron-Nagele. Tertiam speciem constituunt Caryophili Plinij rotundi magnitudine ribium, colore fusco facilè friabiles, racematim botri instar succrescentes, sapore debiliores. Eliguntur suavè fragrantes, non admodum strigosi, & exsucci, oleoso humidi. Exoletos reficiendi dolus, quo cum vinoso infuso optimorum consperguntur, exteriorem corticem respicit, ad interiora non penetrat, neque diu durat, frangendo denique facilè detegitur.

Caryophilorum cortex ex America adfertur, interim odore, ac sapore caryophilis neutiquam cedit, in insula Cuba nasci illum dicunt.

Cassia lignea, & Cinnamomum sunt cortices exotici, & in plurimis conveniunt, uterque etiam Ceylon insulam sibi patriam habet, licèt diversam arborem, à qua desumitur; distinctionem dat, Saporis diversitas, dum sub masticando Cassia lignea viscriditatem aliquam prodit, ipsáque sensim in ore liquescit, & consumitur. Cinnamomum quid lignosi ostendat. Eligatur odoratissima, colore subrubra, acrimonia plurimum aromatica. Adulteratur corticibus capparis Tamarisci, in aqua cinnamomi maceratis, & siccatis, facilè autem rarus, & satis carus dolus detegitur.

Cassia caryophilata est myrthi americanæ caninghæ cortex cinnamomo tenerior, ex ruffo ferrugineus à pelliculis suis exterioribus derasus, in modum tubuli convolutus. Eligitur sapore acer, svaviter pungens, aromaticus, odore caryophilaceo fragrans.

Cassia fistularis nigra, solutiva laxativa, est fructus arboris peregrinæ, crescentis in Indiis Orientalibus, Ægypto maximè circa Alexandriam, Probatur Alexandrina, amplis siliquis conspicua, gravis, ponderosa, quæ concussa granis internis non strepitat, cortice levi, ac purpurascente pulpæ pinguis splendentis, succulentæ; non situ obducta, aut putris, sapore prunorum delicata.

Castoreum quid sit apud extraneos vix sciri potest, quia, qui ad nos ferunt, obtinent à talib9, ad quos illud pariter ab aliis venit; alii testiculos, alii glandulas esse suspicantur, anatomia detexit non esse glandulas, sed vesiculas duas, seu folliculos, qui tā in maribus, quàm fæminis castoreorū utrinq; sub inguinib9 statim sub cute ovorū gallinaceorum magnitudine, & sæpe majores conspiciuntur; ex quibus liquor oleosus, gravis odore manat, ab animali alambi solitus, qui ex utraque India ad nos venit. Probatur castoreum intus cereo,

reo, odore gravi valido, oleoſo, flaveſcentéque ſucco prædituṁ. Adulteratur renibus, vel hepate caſtorei, qui ſucco caſtorei imbuti veſicæ induntur, atque ſic deſiccata venduntur. Item gummi am̃oniaco, quod cum caſtorei ſangvine, & ſucco ſubactum veſiculæ im̃ittitur, exſiccatúrque. Fraus autem hæc cognoſcitur; quodſi teſticuli, ſeu folliculi illi ambo ex uno oriantur principio; adulterini ùt plurimùm majores exiſtant, conſiſtentiæ ſint durioris, fruſtíſque grandioribus, quàm folliculorum magnitudo naturalis admittat; componantur. Genuini ſunt graves, & ingrati odore, validi acris, & mordacis ſaporis, ſubſtantiæ fragilis, fugiendum porrò nigrum, & rancidum caſtoreum.

Catechu, rectiùs Cathu malè terra Japonica, non eſt enim terra, ſed ſuccus ex variis adſtringentibus herbis, & fructibus expreſſus, durus, gummoſus, reſinoſus, ex purpureo nigricans (i) punctulis albicantibus variegatur, venit ex Sumatra inſula, Regno Peguano, ex Malabaria, Pengala Ceylon, & univerſa Mogolis ditione, verum fructum, & baſin hujus acaciam orientalem eſſe vult Lexicon Blancardi (k) horti Malabari. Author verò (l) dicit eſſe ſuccum inſpiſſatum, alicujus palmæ areciferæ nucleo verſicoloris nuci moſchatæ ſimilis, cujus fructus Taufel dictus, vel Areca & Pynang. Probatur ſapore auſteriuſculo, amaricante, & in dulcorem quemdam terminante, ſaturata rubedine pollens, compactus ponderoſus, heterogenei parum, vel nihil admixtum habens, maſticatum non ſecus, ac herba Thea linguam primò adſtringens, dein gratum dulcorem poſt ſe relinquens.

Cedria, Cedri lachryma, Cedri reſina elegantiſſima venit ex monte Libani, ubi æſtate vigente calore alba pellucida transparens ſpontè abſque inciſione defluit, atque inſtar maſtichis granorum indureſcit, à *chſto* uro, quia ex hac reſina celebris uritur; quæ cedria audit, balſamationibus Ægyptiorum olim adoptatiſſima, hinc bene Bellonium reprehendit Mathiolus; quòd is cedriam non ſolùm Cedri arboris, ſed etiam Pini, Piceæ, Laricis, & Juniperi fœturam dixerit. Nobis conſtat de duplici ſpecie reſinæ cedrinæ: prima prodit in tuberculis alba, nîl prorſus amarulenta, nec odore gravis, altera quæ ſua ſponte exſudat, retorida naribus fragorum ſenſum imprimit, guſtatu porrò odorata percipitur. Sed ità pertinaciter dentibus adhæret, ut nonniſi cum difficultate auferatur.

Ceti Sperma, eſt pingvedo quædam naturalis, de cujus certa origine, nîl nobis hucuſque certi conſtat. Sunt enim, qui illud Balænæ ſemen putant, mari inſtar ſpumæ innatans. Alii Ceti Ma-

(i) referen. Joh. Otto Hellbigio in Dec. I. Ephem. nat. curioſ. An. X. obſ. 197. Maugett Bibl. Lit. T.
(k) Lugd. batav. de anno m. 1736. (l) eodem referente Lexicon.

crocephali cerebrum esse censent, alii adipem cervicis balænæ, alii pinguedinem in ceti ventriculis cerebri natam è superficie maris collectam autumant, quod ad nos defertur, rarò colligitur è summo mari; potiùs, qui Grœnlandiam navigant, colligunt ex ipsa superficie cerebelli balænarum interfectarum, & per pannum exprimunt, & cùm domum veniunt, lixivio forti extrahunt omnem pinguedinem superfluam, ut albescat integra, non videtur etiam veritati dissonare illorum sententia, qui hujus materiæ sedem collocant in cavitate maxillæ inferioris. Non esse cerebrum, sed oleosum quid, ostendunt olei dotes, quas refert, est enim pingue, molle, recens olei saporem linguæ imprimit, & ubi diu asservatum fuerit, olei instar rancescit, atque flavescit, fluit & ardet in igne, aquæ non miscetur cum vitello ovi subigitur. Eligatur candidum pingue, recens, non rancidum, neque flavum.

China Chinæ cortex arboris peruvianæ dictus aliter Cyna Cynæ non absimilis est cortici junioris quercûs, saporis nonnihil adstringentis, penetrantissimi, & amari. Probatur, quò amarior, & gravior est odoratus nonnihil, improbatur, insipidus levis cariosus; nonnulli illum, qui cortici cinnamomo est similis, & colore obscurè ruffo ad colorem sassafras accedit, anteferunt, venit ad nos ex occidentis regno

Chinæ Radix est plantæ cujusdam sarmentosæ, regno Peruano pariter nativæ, nostrarum officinarum ex Sinico cumprimìs regno venit, dupléxque occurrit sativa, quæ melior, sylvestris vilior, licèt posterior ad nos sola ferè deportetur. Probatur crassa, nodosa, gravis, dura, & tuberosa, exteriùs rubra, tortuosa, interiùs decolor non cariosa, cui vitio multùm exponitur.

Copal est Gummi resina duriuscula admodùm, candida, vel ex albo flavescens, pellucida, benè odorata, in massam redacta, adfertur ex India Occidentali, sive nova Hispania, ubi ex vulnerata arbore guttatim stillat, aliquantulum odora, sunt duæ species, una dicitur Xoloch Copalli, altera Capal-Cahuith, dicitur etiam Pancopal; accedit aliquantisper diagridio, licèt hoc non odorum, nec ità candidum, vel transparens. Adfertur in magnis fragmentis satis odora, sed non ùt anime. Probatur, quod qualitates habet suprà nominatas, de cætero per *ly* copal apud Indos omnes resinas adoratas intelligi vult Gulielmus Pison apud Mangett (m)

Chrysocolla est sal fossilis figuræ variæ, magnam, atque vigecuplam copiam aquæ cum proportionato calore ad sui solutionem requirens, sapore amarescit, sub finem dulcescit, ad ignem facilè fluit, simul in spumas tum assurgentes sese attolit, sícque aquam plurimam dimittit, residuò in vitri pulchri speciem abit, corporum ma-

(m) Bibl. pharm. p. 633.

maximè metallicorum fluxum in igne valde promovet, ſic metallo auro præcipuè conſolidationem procurans, hinc chryſo à *chryſos* aurum, *cholla* gluten dicitur. Diſtinguendus eſt à borrace, is enim ſal factitius eſt, differt quoque à borrace animali lapide nempe hujus nominis, referente Geſnero (n) qui invenitur in rana Borrax dicta, aliàs etiam Rubeta cornuta nominata, cujus nomen Borrax à græca voce *batrachos* corrupta venit, denique diſcrepat colore, licèt enim nativæ color ubique ſit viridis, eò tamen ità variat, ut ſit ſaturatiſſimè viridis optima, & quamdiu metallo adhæſerit, colore ſchmaragdo gemmæ affinis. Secundum locum habet mediè diluta, & tertium dilutiſſima, quæ viliſſimi æſtimatur. Differt etiam locô, dum alia eſt armeniaca, macedonica, cypria (o) hiſpanica, hungarica, ſileſiaca, tyrolenſis, miſnienſis, ubi in metalli fodinis aurariis, argentariis, plumbariis invenitur, licèt æris fœtum rectè eam cenſuerit cum Fallopio Mangettus (p)

Cinnabaris malè dicebatur Minium Dioſcorid: eſt nativa, vel factitia, de prima hìc agimus, quæ eſt terra mineralis, lapideſcens rubicunda, conſtans ex ſulphure, & mercurio vivo, cum terreſtri materia, inſtar lapidis compactis, in ipſis fodinis ex 🜍 & mercurio coaluiſſe per fuſionem ab igne ſubterraneo factam clarè docet artefacta cinnabaris, & ejus ſolutio facilis in verum ☿ium & 🜍. Adfertur ex India orientali, Hungaria, & ex diverſis Germaniæ locis, ùt illa, quæ Alsheimio Palatinatûs venit. Eligenda gravis, ſplendens, ſi terratur intensè rubens, hungarica, quia ſolaris, licèt hoc ſcopo magìs civilibus, quàm medicis uſibus valeat.

Cinnamomum, vide Caſſia lignea.

Cochenilia an animalis? an vegetabilis regni ſit? nondum eſt deciſum; alii enim credunt eſſe vermiculos puſillos cimicum adinſtar exſiccatos convolutos, coloris ex coccineo ruffeſcentes, natos in foliis Tunal ſeu Opuntiæ mexicanæ, ſaporis ſubamari, ſanguinis exſiccati inſtar ſalivam rubicundo colore tingentes (q) alii, inter quos D. Pomet Cocheniliam ſemen plantæ ſtatuunt, duos aut tres pedes altæ, cujus foliis adnaſcitur in capſulis, ſeu ſiliquis cordatis, colore viridiuſculo ſubflavis, quæ granula multa capitis craſſioris aciculæ magnitudine continent. Figuram modò compreſſiorem, modò triangularem referunt, ſuperficiei ſemper aſperæ, & inæqualis, extus coloris argentei, intus verò adinſtar ſanguinis bubuli rubent. Venit ad nos Cochenilia ex Hiſpania nova, ubi uſu cordiali antipeſt: alexipharmaco tanti æſtimatur, ut locum nativum Cocheniliæ caſtiſſimè cuſtodiant Hiſpani; Violatores non Hiſpanos furca condemnent, quod ipſum ratio eſſe videtur unica, quare

Coche-

(n) Hiſtor. animal. l. 2. p. m. 66. ad 72. (o) Dioſcor. lib. 5. cap. 64. Plinius l. 33. c. 5. (p) Bibl. pharm. p. m. 556. (q) D. Hermann in materia medica.

Cochenillæ ortus genuinus hucuſque abſcondatur. Probatur ponderoſa, craſſa, bene nutrita, ſeu plena, pura, ſicca, extus coloris argentei ſplendentis, rubra intus, quæ ſalivam maſtigantis inficit, rejicitur rugoſa, impura, levis, lapillis commiſta.

Cocculæ, Cocci orient: fructus magnitudine, figurâ inſtar lauri baccæ racematim pediculis hærentes hæderæ corymborum modô ex Alexandria adferuntur quidam ſolani maniaci, alii clematis fructum cenſent, dicuntur aliàs baccæ levantinæ, baccæ orient. baccæ cotylæ, baccæ elephantinæ, cuculus indicus. Pulvere contra pediculos utitur vulgus. Germ. Doll-Kherner.

Colocynthis eſt citruli ſpecies amariſſima propria ſerpente herba progigni ſolita, eſt fructus levis amarus, rotundus pugnum magnitudine æquans, ex flavo viridis, occludens ſub cortice tenui polito, & ſplendente medullam candidam fungoſam, levem, & ſemina in cellulis compreſſa, parva, oblonga, cucumeracea, quaſi ſordida albicantia, ſaporis acris amari, & nauſeoſi. Venit ad nos ex Indiis orientalibus, cortice denudato, albidi coloris, ex Italia, Hiſpania, Gallia, major, minor, rotunda piriformis. Dicitur etiam Alhandal, Chandel, Handel, Handal, germanicè Coloquinten.

Colophonia ſic dicta, quia ex Colophone urbe Græciæ adveniebat olim, dicitur etiam pix græca, & eſt ſubſtantiâ naturæ oleaginoſæ, flaveſcens, arida, atque friabilis, reſidua ex reſinis abietina, ſtrobilina coctione purgatis, inſpiſſatis, ac frigore coactis, licèt alii friabilem illam maſſam, ſeu reſinam frixam, quæ à deſtillatione cujuscunque reſinæ remanet, pariter colophoniam dicant. Probatur cujus pulvis per flammam miſſus fulgurat, & ardet, quæ pellucida, odore ſub accenſionem thus æmulatur, glutinat, & ideo emplaſtris ſervit.

Contrajerva, aliter Drakena Radix Cluſii, Contrajerva Hiſpanorum, Cyperus oblongus Peruanus, inodorus. Eſt radix exteriùs nodoſa, & fibroſa, atque ruffeſcens, interiùs albicans, odore exigua, jam fortior, ſapore amaricans, diu maſticata, tandem ſvavem acredinem aromaticam relinquens. Probatur vegeta, non carioſa, ſaporis, ùt ſupra. Differt à Cypero odorato peruano, ùt infra paulò dicetur.

Corallina eſt muſcus petroſus marinus, qui rupibus marinis, & Petris, & interdum teſtis accreſcit, optimus cenſetur, quiâ Corallis detrahitur, colore gryſeus, ſapore amaro, ingrato, odore nauſeoſo, piſculento, rimulis pixidatim ſibi adnatis numeroſiſſimus. ſub dentibus quaſſatus crepitans facilè, vel attritu digitorum in pulverem fatiſcens. Meer-Moß/ Corallen-Moß.

Corallum Corallium an minerale, an vegetabile ſit, neutiquam eſt

eſt deciſum. Plurimi illud vegetabilibus attribuunt, dicentes: eſſe herbam in fundo maris natam, foliis carentem, cujus neque flos, neque ſemen notum, quæve capſulis ſeminalibus parvorum globulorum inſtar ribium formatis ſuccum alit acrem, ſi profundatur mirificè petreſcentem. Schrœderus inter Corallia dicit eſſe lapideam, ſeu ſaxeam in fruticis ſpeciem concretionem, non caſu, ſed naturæ ordinatione, ſub aqua marina genitam, ex ſucco lapideſcibili, ſive is tincturæ ſive menſtrui rationem habeat.

Alexander Achilles libro de cauſis terræ motus, & mineralium, Coralliorum productionem exhalationibus auri, argentive in vicinia matureſcentium adſcribit. (r) Interim vulgatiſſima eſt ſententia, Corallia eſſe ſaxeos frutices vitâ vegetante præditos, qui molles ſunt ſubtus aquas, contactu aëris in duritiem ſaxeam coguntur. Idem Ovid. (s)

Nunc quoque Coraliis eadem natura remanſit,
Duritiem tacto capiant ùt ab aëre, quodque
Vimen in aquis erat, fiat ſuper æquora ſaxum. Item lib. 15.
Sic, & Coralium, quo primùm contigit auras,
Tempore dureſcit, mollis fuit herba ſub undis.

An hæc ſententia vera, pro nunc non decidimus, ſunt enim, qui experimentum Corallij ſub aqua fecerunt, illud quoque ùt foris durum deprehenderunt. Generoſus Dominus Joannes de Nicolai Eques Maſſilienſis, regius piſcationis Coralliorum in regno Tunetano Præfectus obſervavit (t) recentem coralliorum fructum album fundere ſuccum, qui ſuper lapidem, lignum, aut ferrum decidens lapideam induit atque Coralliorum naturam. Robertus à Boyle (u) citat Medicum quemdam in India orientali practicum, qui in Inſula Mehila prope Madagaſcar in Arena hujus Inſulæ Corallia ſeſe legiſſe alba profitebatur, cæpæ adinſtar mollia, quod ipſum pluribus confirmatum dat Piſo (w) ſcribens plures in maris fundo germinantes ſeſe vidiſſe plantas, quæ ùtùt eruebantur, mox petreæ, ſolidæ, ac nivei fiebant coloris, unde ſaniores diſtinquendum putant inter germinans, & maturum corallium, inferendo eos, qui corallia ſub aquis mollia offenderunt, in germinantia incidiſſe, qui verò retia illorum duritie laceraverunt, maturata & formata perfectè depræhendiſſe.

Coralli variæ ſunt ratione coloris differentiæ, aliud enim rubrum eſt, album, nigrum, viride, ſubflavum, cinereum fuſcum. Nobis præfertur rubrum Minii colore ſuperbiens, maſculinum quod audit, huic ſuccedit fæminæum palleſcens; demum album

ac-

(r) Mang. Bibl. ph. p. m. 111. T. 2. (s) 4. Metamorph. (t) In ultima tyrocinii chem. editione procurata per Pelhower. Witerb. 1650. (u) In tractat. de fluidit. & fir. Sect. 65. Part. 2. (w) In nat. ua hiſt. Braſil. iib. 4. cap. 68.

ac nigrum, *Antipathes* olim dictum, reliquorum colorum corallia in usu non sunt, nec ità dici merentur. Rubrum in India, & Sienna reperiebatur juxta Plinium, nunc in mari tyrheno, & siculo passim invenitur, Neapolin adfertur, inde politum ad nos venit, & si maturum non sit, varios colores refert. Nigrum reperitur in Gallicia, Hispania, album invenitur rariùs, solidúmque est, & cavitatibus caret. Hinc distiquendum à specie quadam hispanis Polo dicta, quæ in Catalonia ab iis, qui rubrum quærebant inventa pro coralio albo viliori pretio divendi consuevit. Cortice caret, nec in saxis, sed in fundo maris nascitur.

Costus Officinis duplex est, amara & dulcis. Radix nempe exoticæ plantæ arbusculæ sambuci satis similis pollicis crassitie oblonga, gravis, compacta, coloris buxei, flavescentis extus, intus rubri, saporis licèt dicatur dulcis, semper amari aromatici, post gratè, subdulcis odor sat gratus. Dioscoridi numerabatur Costus triplex 1. Arabica, candida, suavis, levis, odorata. 2. Inda, crassa, nigra, levis, ceu ferula. 3. Syriaca, gravis, colore buxea, odore feriens. Officinis tantùm habetur arabica, amara, dulcis non dicitur adeò benè, quia omnem oportet esse amaram, non dulcem, nisì fortè à minori amaroris gradu differentia desumatur.

Costi dulcis Cortex planè alius est à præcedenti, atque etiam Officinis nostris familiaris. Dicitur alio nomine Canella alba, quod cinamomi speciem referat. Est cortex cujusdam arboris indicæ cineritii coloris, admodùm aromaticus, saporis costo verè affinis, cui substitui potest. Costus hortorum dicitur mentha.

Crocus in Corico Ciliciæ monte, & in Austria præstantissimus gignitur, nec vilipendendus est gallicus, dicitur crocus à *krokis* stamen, villus, filum &c. quòd villi tantùm in usum veniant, licèt aliorum florum stamina etiam *krouigas* appellentur, ut Nympheæ (x) liliorum (y) &c. in Sicilia, Italia, Panonia, Anglia etiam invenitur. Laudatur tenuior, saturate ruffus, odorus, & colore rutilans, qui madefactus protinus tingit. Adulteratur Carthamo, & Cnico (qui crocus saracenicus audit) pulvere ligni brasiliensis, ac sapæ sublitu; Sed fraudem declarat odor, & profundior aspectus, si ob ponderis augmentum lythargirium secum habeat, admistio ex pulvere subsidente cognoscitur. Denique fucus, quo crocum aquâ in tincturam extrahunt, pannorum linteaminúmque tinctores, crocum porrò reficcatum vendunt, ex marcescentia, siccitate, odoris defectu, colore denique instupidato deprehenditur.

Cubebæ sunt grana piperi similia, interdum paulò majora, pedi-

(x) Apud Dioscorid. lib. 3. c. 13. (y) Apud Plinium l. 21. c. 1.

pediculo longo ſtyli adinſtar donata, cortici fuſco rugoſo nucleus ſubjicitur, exiguus rotundus, foris nigricans, intus albus, ſubinde caſſa reperiuntur æquè tam aromatica, ac nucleata, imò efficaciori ſæpiùs acrimoniâ pollent. Sed piperi cedunt, licèt pertinaciter mordeant. Creſcunt teſtante Linchotano, in Javæ ſylvis ſpontè ad ripam Sudæ, decoquuntur priùs, antequàm vendantur, nè alibi ſeminari poſſint, referente Mangetto. (z) Eliguntur recentia ponderoſa, ſapore amaro acri aromatica.

Dactilus Palmula, *Caryotis*, Palmæ arboris fructus à digiti ſimilitudine ſic dictus, (A) eſt oblongo-rotundus, dulcis intus, duriſſimô nucleô præditus, creſcit in Judæa, Syria, Ægypto, Africa. Dicitur etiam *phoinix*, unde compoſitio diaphæniconis obtinuit, quod dactilorum pulpam pro baſi habeat. Probatur recens ſuccoſus, rugis carens, pelliculam habens mollem, tenuem, dulcem, gratam, item ſi ſit gravis, carne dives, reprobatur carioſus.

Ebenum lignum à voce arabica Alban, Albanos, Albenus, cujus duo nomina deſcribit Bauhinus verum, & ſylveſtre, verum ponderoſiùs, & nigrum, interdum colore nucis juglandis, aut etiam pallidiori variegatur, quam coloris varietatem ſi inſimul quaſi ſegmentis ſignatum appareat, aut aliis ſplendicantibus ſcarificationum quibusdam veſtigiis ſuperbiat, pro ſigno bonitatis habent. Eligatur non carioſum grave, nec putridum. Sylveſtre verò pondere, & nigredine cedit, conſpicuum pariter eſt ſcarificationum indiciis, ſed nec inciſis, neque tam profundis. Veri portio accenſa jucundum ſpirat odorem, non tamen ſinè gravitate quadam peculiari, utrúmque aquæ injectum promptè ſubſidet, nec lignum ponderoſius inveneris facilè ullum. Creſcit in Arabia, Indiis, unde ad nos defertur in fruſtis variæ magnitudis.

Elemi Gummi, aliter Helemi, odoratiſſima eſt reſina, cujus arboris? ignoramus; alii eandem oleâ, alii, Cedrô manare narrant, ſi *ly Elemi* cogitemus à *to* Eleæ corruptus oleæ fœtus haud abs re cenſeri poſſet, in quam ſententiam conſpirant Caſp. Bauhinus, Caſpar Hoffmannus, Andreas Baccius &c. contradicente Mathiolo. In Maſſas cylindricas pollicis unius, vel etiam duarum palmularum magnitudine coactum in officinis noſtris proſtat, ſubſtantiæ ferè eſt uniformis, ceræ flavæ, colore & conſiſtentiâ ſimile, inflammabile reſinoſum ſub dentibus facilè lenteſcens, albeſcens, odore anetho aut fæniculo accedit; obvolvitur foliis cannæ Indicæ, atque funiculis xylinis præter omnia conſtringitur. Eligitur ex citrino palleſcens, odorem purum pellucidum, & à pulverum admiſtione alienum habens. Adulteratur reſina, ſed fraus odore detegitur. En-

(z) In Bibl. Pharm. p. 677. T. 1.
(A) Rayus in hiſt. plant.

Euphorbium ab Euphorbo inventore ſuo Jubæ Regis Lybiæ Archiatro, & Antonii Muſa fratre, qui Annô mundi 3627. Auguſtum Imperatorem reſtituit, ac primus nobilitatis inſignia, id eſt: annulum aureum portandi facultam ad medicos produxit, referentibus Pliniô (B) & Joanne Godefrido (C) Lachryma eſt ſauciata ferulaceæ plantæ in Aſiæ Lybia. Eligitur purum, translucidum, collectum in granula orobi magnitudine, candidum flavum, acre, quod levi linguæ allamptu os accenſum diu detinet, atque ætate perfectionē acquirere creditur, Adulteratur ſarcocollæ gummi Arabici, vel etiam ſanguinis hædini admiſtione, ſed guſtus, licèt ob linguæ aduſtionem difficilioris probæ, fucum facilè declarat. Venit etiam ex Mauritania, & Peru.

Faba purgatrix Medardi, Phaſeolus peruanus Petri de Oſma, eſt Phaſeoli americani ſpecies, noſtris colore, aut figurâ non abſimilis licèt paulò minor. Eligitur correcta per excorticationem, viribus purgandi eſt ſemper draſtica, licèt pulveris unum cochleare in aqua vel vino hoc ſcopo ſumere Americanos ſcribit Mangett, (D) nos hanc à Rhicinio americano æquè cum Mangetto (E) & re, & virtute deleteria non diſtinquimus.

Galanga eſt radix arometica, colore ſaturato rubra duplex, major, & minor, poſterior priori præſtat, cujus plantæ ſit radix, authores non conveniunt. Caſpar Hoffmannus, Cluſius, utrámque Iridis radicem putant, cui nec nos hucuſque contrariamur, cùm utraque foliorum veſtigiis, ſeu zonulis circularibus cincta ſit. Majoris radix craſſior intus Alba, ex Fava & Malabar adducitur minoris tenuior nodoſa intus, & extus rubeſcens, ſapore inſtar piperis, odore ſuavis (cujus in Officinis major uſus) affertur ex Chyna & Indiis, dicitur à voce Arabica Galingia: Germanicè **Galigant.**

Eligitur gravis, acer, rubra, adulteratur radicibus Cyperi vulgaris repurgatis, & cum pipere in aceto maceratis, deprehenditur fucus abraſo cortice ſuperiori, ubi interiora nec ſaporem, nec odorem, nec aliud quid galangæ habent.

Galbanum eſt Gummi, Succus, aut lachryma Ferulæ ſyriacæ, quam metopium vocant. Laudatur cartilaginoſum (granulatum enim, ùt Pharmacia auguſtana (F) vult, & alii expetunt, rariſſimè ob mollitiem invenitur) flavum, ſincerum, pingue, non lignoſum nonnihil ſuorum ſeminum in ſe continens, & ſuæ ferulæ ſarmentorum parùm gerens, gravis, & ingrati odoris, cum accenditur,

(B) Lib. 25. cap. 7. (C) In Chronica ſua univerſ. fol. 289. (D) Mang. bibl. Phar. T. 1. p. 909. (E) Lib. cit. (F) pag. 9.

Adulteratur resina, & amoniaco, ac fabæ pulvere, sed fucus ex notarum recensitarum absentia facilè detegitur.

Granati Lapides sunt Gemmæ pellucidæ ex flavedine rubentes ignis adinstar, minium colore referentes, sunt: *Orientales*, & *Bohemici*, imò & *Silesici*; *Bohemici* omnibus anteferuntur, quòd ità referente Welschio Augustano in igne fortissimo nec colorem mutent, nec in vitrum fluant, secùs, ac Orientales.

Guajacum, sive lignum sanctum ex India occidentali americana ad nos venit variarum specierum. Eligitur ponderosum, solidum, resinosum, nigricans, variegatum venulis, acris saporis, cortice extus cinereo, intus pallido. Lignum, Cortex & Resina in usu sunt, præsertim in lue venerea, hinc Germanicè: **Frantzosen-Holtz. Heilig-Holtz.**

Gummi Arabicum, testantibus contra Mathiolum F. Bauhino, Bellonio, & Alpino, est succus gummosus Accaciæ Arabicæ vel Ægypticæ. Probatur purum non ardens, mastigatu lentescens, egregiè glutinans, aquâ facilè solubile, saporis, & odoris expers, solutum, atque cum solvente illitum splendicans, sinè coloris magna mutatione incrassans. Adulteratur Gummi prunorum, cerasorum & pomorum, sed fraudes facilè ex notarum præpositarum partim absoluta carentia, partim valde magno recessu deteguntur.

Gutta gemou, dicitur aliter gutta gamandra, gutta Gamba, Gummi Gotta, gutta Gauma, Gemu, Gumi peruvianum, sive de Peru, de Jemu, aliis succus Cambici, venit ex Sinarum Regione, primò ante annos 50. adferri cæpit. Natus in Chinæ Regno, succi aloës etiam fertili, unde etiam sæpe in cannis ad nos devehitur, est succus concretus, & inspissatus potius quàm Gummi, cujus autem plantæ succus sit, sub judice lis est; dum alii Esulæ, alii Rhicinio eundem adscribunt, & colorem à curcuma arte mutuatum prætendunt. Alii ex succo Chelidoniæ majoris, scamoneo, & croco compositum, alii denique ex succo corticis mediani frangulæ extractum censent, internè vix assumitur ob virtutem deletrie purgantem, hinc pictoribus magìs in usu est, colore mali aurantii superbus, humectationè egregiè flavescens, saporis primò insipidi ferè, posteà in acrimoniam desinentis; dosis non datur ultra gr. vi. vel x. adintrà.

Hypopotami, seu Equi marini dentes, hoc animal maris inquilinum formam Equi capite præsentans, invenitur in lacunis littoris Oceanici, & Indiæ, passim in Hainan, & Insulis Philippinis, Moluccis, Mandivis, & maximè Mozambici ad littora Affricæ Meridionalis. (I) *Hya-*

(I) Ex Ol-Vormio in Museo, & Hoffmann in clavi Schederi. Mangett.

Hyacinthus eſt gemma pellucida ex flavedine rubens, & ignis adinſtar flammea, ſunt alii Orientales, præſtantioréſque, alii Europei, ùt illi qui in Iſara fluvio ad confinia Bohemiæ, & Sileſiæ depræhenduntur. Præſtant, qui colorem ſanguinis admodum bilioſi referunt, dein, qui inſtar minii rubent, item qui rubedine croci flaveſcunt ſequuntur, & demum viliſſimi ſunt albi pellucidi, ſive, cini colorem referentes. Adulterantur hæ gemmæ vitro Saturni, ſed fraus facilè detegitur pondere & duritie, cùm vitrum ♄. ſit molliùs & graviùs, gemma durior, & levior.

Jalappa, aliter Gialappa, Chelappa, Chelopa, Celopa, Galapium, vel Gelapo Mecoacanna pariter, & Rhabarbari nominibus nota, Radix in thaleolos diſſecta ad nos venit ex India orientali, exteriùs ſubnigricans interiùs ruffeſcens, cum circulis, ſi bona ſit, nigris reſinoſis. Radix integra longa eſt, rotunda, & craſſa, reſinoſa, ab infima parte obtuſa, recens dicitur eſſe pinguis, & carnea, ſapore acuto, incidente nauſeoſo, odore nullo. Eligitur maximè vegeta, ponderoſa, reſinoſa, nigris venis abundans, ſi frangatur ſplendida, externa facie nigricans, internè ruffeſcens, flammam promptiſſimè excipiens.

Ichtiocolla eſt gluten paratum ex corio piſcis ichtiocollæ, quem alii barbotam, quòd ſuperiori maxilla quatuor apophyſes carnoſas adinſtar barbæ habeat. Alii Exoſſidem, quòd oſſibus careat, alii Huſonem nominant, per Danubium ex ponto venit, & non tantùm de coreo, ſed inteſtinis, ventriculo, pinnis, & cauda id generis gluten conficiendum præbet, ſi hæc partes macerentur, coquantur, donec in tale gluten fluant, ubi tum decocta mucago ſupra laminas adinſtar membranæ extenditur, exſiccatur, atque in diverſas formas convoluta complicatur. Batavi à Moſcovitis tale gluten coëmunt, & ad nos ferunt. Eligendum ex albo flaveſcens, vel album pellucidum, inodorum, in pelliculas diductum, ínque ſpiras convolutum, ſaporis glutinoſi, odoris nullius. Quod ex carne hujus piſcis paratur aliis præferendum cenſet Mangett (K) vocatur ab arabico etiam Alcanna, Alzanaban, Alchanach.

Iris Florentina à noſtrati alba, ab Ilirica verò dilutè-cærulea, differt ſolis radicibus, utpotè, quæ ſi ſint florentinæ, majores, craſſiores, ſolidiores, candidiores, odoratiores Teſte, Bauhino deprehenduntur, diverſitatémque hanc, à ſolo in Regione calidiore nativo mutuantur, non ſecus ac fœniculum dulce & apium, quæ in frigidis terris pariter vulgareſcunt. Quæ eligenda? ex ſuperioribus patet.

Karabe, therebintinæ ſpecies eſſe cenſetur, quæ juxta littora maris ab arboribus depluit, abluitur ſub Euripi tempora, ſícque ſuper-

(K) Lib. cit. p. 3. T. 2.

ſuperficiei aquarum innatans, vel à fundo procellis excuſſa in ſuccinum concreſcit. Diſtinguitur in album, flavum, ſive phalernum, citrinum ſeu cereum, & nigrum; præ omnibus præſtat album, ſecus ac nigrum, quod maximè vile. Invenitur potiſſimum in regionibus ad mare germanicum, & balticum ſitis, Pruſſia præprimìs, hinc Pomerania, & versùs Pillaviam. Primò id liquidum fuiſſe docent animalcula, & alia immiſta(L) eligitur purum, clarum, pellucidum, ſolidum, electricum, album, præ citrino, ſeu cereo. Dicitur Ambara, Electrum Chryſolectrum, Karabe Gleſſum, Gentarum Bruſſorum Smalternium, Scytharum, Sacul Ægyptiorum, aliquid ambræ habere affine examinatum analyſis deſtillatoria dedit. Grimmius locô ſuprà citatô.

Kermes Grana, Coccus infectoria granum, & poccus Baphica, Granum Tinctorum, Scarlatum fructus eſt Illicis coccigeræ, Grana eliguntur vegeta purpurei coloris, vel ultra ex nigro ruffeſcentia, ſi contuſa, vel quaſſata modicum aquas, vel alia menſtrua colore purpureo inficiant; promptè, nitidè.

Lacca Gummi, meliùs Lach dictum (quod dum ejus uſus eſt, in Lac vel Looch, id eſt, in ſubſtantiam melliformem abeat) ùt in Officinis habetur, pertinacis nexus, & conſiſtentiæ baccillis ſuis adhæret, ſuperficies eſt inæqualis, & velutì granulata, pellucida colore ex ruffo flava, vel de rubro nigricans, intus cavernoſa, friabilem, nigram ſubſtantiam in antris ſuis fovet, ſaporis verè nullius, ſputum rubro colore inficit, qui longè apparet floridior, ſi cum aqua miſceatur, vi detracta baccillorum corticem ſecum rapit, & cannaliculata, qua adhæſit apparet. Prunis impoſita bullit primò, dein blandam reſinam ſpirat, uſquedum accendatur. Triplex exſtat in Officinis. 1. Lacca in granulis. 2. Lacca in ramulis. 3. Lacca in maſſis, illa quæ cum baccillis affertur, vocatur Lacca Sumatri, quia ex Sumatra veterum Taprobana credebatur adferri. Datur etiam alia ſpecies factitia, qua infectores utuntur, habens quoq; ſuas ſpecies, & differentias, ſic enim quamdam ex fœce braſilii, & cocci conficiunt, ſive ex Gummi, & liquore braſilii; ſed fucus ex peſſima diſpoſitione coloris, & defectu notarum ſuperiùs annotatarum detegitur.

Ladanum eſt liquor pinguis ex Ciſti Ledon exſudans foliis æſtuante canicula in Cypria, Candia, & Lybia, Arabia inſtrumentis quibuſdam collectus, & poſteà ſoli ad indurationem expoſitus; Probatur odoratus facilè moleſcens, reſinſus, arenularum, aliarúmve ſordium expers, nec ſqualore obſitus, in gyros plerumque coagmentatus, unde maſſa uniformis arabica pro viliori reputatur. Adulte-

(L) Blancard Lexic. Medicum.

ulteratur pasta ex caprino stercore admixto ladano, & pulvere nigro, sed cùm resinosum non sit, dolus facilè detegitur.

Malabatrum, sive ùt Indis vocatur Tamalapatra, est folium proceræ arboris in Cambaja, & alibi in Indiis nascentis, ex quo etiam folium indum audit. Eligitur, si figura ad Citriæ folium accedit, tribus per longitudinem excurrentibus nervis donatum, colore ex pallido virescens, odore si conteratur, & sapore admodum aromaticum, integrum, nigrum, nitidum, leve ex una parte, ex altera parte asperum, quas notas cùm etiam habeat folium cannellæ, contra Jacobum Breinium rectè censetur cum Amato, aliisque doctis, folium Indum Officinale cassiæ odoratæ folium esse, aut saltèm canellæ sylvestris malabaricæ.

Manna hodierna est succus luxurians, & concretus ex foliis quarumdam arborum cœlô sudo æstuante calido, qui referente Antonio ab Altomari in specie circa mensem Junium meridianis horis liquoris limpidi instar spontè fluit, sensim concrescit, postridie cultri ope colligitur, nè à pluviis, & cœlo sudo liquescat, vitreis vasis reponitur, porrò soli in chartis nitidis expositus siccatur, donec manibus non ampliùs adhæreat, aliter enim liquesceret, & candorem amitteret. Hinc spontaneus fluxus durat ad Julii finem, post rustici corticem arborum incidunt, ac denuò succum licèt in grummis crassioribus recipiunt. Arbores, ex quibus fluit manna, sunt fraxini, & orni, licèt non omnes, sed peculiares, quæ sub nomine manniferarum venduntur teste Altomaro, venit usitatissima nobis ex Calabria. Sed præterea adfertur ex India orientali, Syria, Persia, Coa, Ormutz, Ceilon, &c. Est primò ratione ortûs alia, *Spontanea*, ex corpore & foliis, utpote quæ etiam mannam sudantia deprehunduntur, *Coacta*, quam propriè Sforzatellam vocant Calabrini, ratione consistentiæ liquida quæ Terenibain, durior quæ mastichina audit. 3. Ratione figuræ granata, quod minoribus constat granis. Cannellata quod in cannulas quasi formata ad nos deferatur. Probatur recens, pura, electa, albicans dulcis, sordibus arenis, & reliquis quisquiliis vacua, non rancescens, vel acore inficiens, nec verminosa, nec vetustior annô, rejicitur ruffa, aut fusca, quæ vetustior est. Adulteratur sacharô penidiô herbarum foliis involutô, sennæ folia granis suis amplectens factitia est. (M)

Marum est planta exotica Majoranæ affinis, licèt Blancardus (N) se Marum specie Thimi vidisse referat. Venit ad nos ex Syria, estque Origani species referente eodem Authore (O) & quidem Heracleotici, apud alios refertur ad Melissam, ùt ex Hermelao in Dioscoridem recenset Mangett. (P)

(M) Mang. Bibl. ph. p. m. 209. (N) Blan. Lex. (O) idem p. m. 550. (P) Bib. Phar. p. m. 215. T. 2.

Mastiche, seu Mastix, est Gummi resina ex lentisco arbore sudans, venit ex Chio, Syria, Candia, Proventia, Hispania; ex albo-citrina, est pellucida, granulata, benè odora, friabilis, videtur sic dicta à Masticando, & virtute Salivam ciente sub masticandum. Probatur quæ ex insula Chio venit. Odorata candida instar ceræ albæ, splendens adulta, retorrida, friabilis, sincera, stridens, reprobatur nigra bitumini similis, viridis, livida, impura. Adulteratur pice, & resinâ pini, sed odor fraudem detegit.

Mater perlarum, Marca perlarum, seu margarittarum sunt conchæ, & testæ, quæ intus splendore margarittarum nitent. Dicuntur à Margarittis, seu perlis, quæ hìc sæpiùs, quàm in aliis reperiuntur; probantur nitidæ, argenteæ, rutilantes, compactæ, non cariosæ candore suo perlis affines; imò iridis adinstar quandoque coloribus variegatæ sunt majores, minores.

Mechoacanna, nonnullis Rhabarbarum album est radix purgans, hinc apud alios Scamonium americanum dicitur, similitudinem gerit cum Bryonia, cujus exoticæ etiam species est, fertur ex India Occidentali in taleolis, præsertim ex Hispania nova. Duplex ratione loci, nempe ex Mechoaca, & ex Nicaraqua insula, hæc priori est longè præstantior. Eligitur albicans ac recens ponderosa, ac insipida, improbatur nigra, cariosa, & valde candida. Adulteratur radicibus Bryoniæ in taleolos sectis, & instar Mechoacannæ siccatis. Dolus teneritudine Mechoacannæ deprehenditur, Bryonia siquidem majori ruditate tangentem afficit.

Mercurius, argentum vivum, Hermes *Ermis* ☿ dicitur, item hydragyrus, éstque liquor mineralis, metallicus, totus volatilis, nullo frigore in solidum coiens, præ omnibus auro, dein plumbo, argento, stanno, difficiliùs cupro, vix, & non nisì additione reguli antimonii, & bismuti ferro adhærescens, videtur esse basis metallorum (Q) atque illud fluidum, quod partes solidas terrestres instar glutinis conjungit. Relictâ differentiâ in mineralem, cœlestem, & chemicum; nos Mercurium in naturalem seu nativum (R) cum Mangetto, & artificialem nempe ex metallis arte reductum dividimus, horum posterior alio nomine, Argen. viv. corporum dicitur, dum prior Virgineus audit, & quidem tam ille, qui naturæ viribus separatus profluit, quàm qui facili opera è cinabari sequestratus sub tali nomine colitur. Mercurii bonitas desumitur primò à matrice & loco, ubi præfertur, qui ex fodinis & mineris auro, & argento divitibus venit, unde laudantur hispanicus, & hungaricus, 2. ab inquinamentis, qui nihil arsenicalis, saturnini, antimonialis, cadmiosi continet. Nec malevola adulterantium

manu

(Q) Blancard Lex. univers. p. 567. (R) In Bibl. Ph. T. 2. p. 271.

manu fucatus eſt, norunt enim talis farinæ deceptores Argen. viv. beneficio Plumb. & Biſmuthi ità adulterare, ut æquè per corium tranſeat, fucus porrò haud facilè detegatur, ni quis ſequentibus notis bonum ſeligere ſciat. 1mò. per retortam pellendo, ſi nîl fæculenti relinquat. 2dò. ſi ſuper cochlear argenteum evaporatus maculam relinquat flavam, non nigram, vel fuſcam.

Moſchata nux vel Muſcata duplex habetur oblonga, quæ mas, rotunda, quæ fæmina dicitur, naſcitur in Inſula Banda, Indiæ Orientalis, fructu malum perſicum refert, cujus cortex externus ſi matureſcat, inſtar nucis juglandis dehiſcit, & manducari poteſt, dulcis, citriam referens, aut cidonia, & hinc valde gratus. Ad nos defertur ſub nomine nucis conditæ. Nuces maturæ colliguntur, cortice, floribúsque nudantur, ſalinâ marinâ lavantur, ſiccantur, ac cum aqua calcis vivæ à corruptione ſervantur, donec ad nos veniant notæ ſub nominibus. Nux aromatica, Moſchocarina, Moſchocardion, nux myriſtica, ſeu unguentaria, nux indica Germ. Muſcat-Nuß.

Moſchus animalis ſynenſis, & indici Succus excrementoſus, quòd de proprio folliculo colligatur, omnes facilè credunt, licèt de loco iſto in animali multum diſſentiant, interim prout nobis innotuit, Moſchifera caprea capreæ minoris ſpecies eſt dentibus duobus verſus inferiora prominentibus conſpicua quadrupes ungulis bis ſectis proviſa, cauda carens, pilorum colore variegata, qui in abdomine cinerei in capite ex albo cinereo caſtanei ſunt, & longiſſimi. Cæterùm in abdomine non longè à poſteribus adeſt folliculus pilis obductus, non flexuoſis, vel cincinnatis, ſed rectis albis, ad tuberculum, quod ovi magnitudinem habet, exporrectis (T) in hoc folliculo moſchus inſtar ſaniei deprehenditur probè à factitio (quem parari ex rhenibus, ſanguine, & teſticulis, imò ex toto animali confici fusè deducit Mangett) (V) diſtinquendus. Probatu perquàm odorus, & tantâ fragrantiâ præditus, ut vel graveolentiam præſeferat, caput feriat, odorem latè diſpergat, ſapore amaricans, colore ferrugineus, vel ſubruffus, granulatus, maſſas factitias, odor remiſſior à genuino imprimìs diſcernit. Adfertur præterea ex India Orientali de Tonquin non procul à Chyna.

Myrabolani, ſi vocem conſideremus, ſonant glandes unguentorias, *myron* enim ungventum & *balanos* glans ſignificat, qui nobis in uſu ſunt, ſpecies prunorum exoticorum veteribus Græcis incognitæ, ab Arabibus primùm inventæ (W) in Officinis proſtant, juxta illud:

(T) Vid. Mangett. Bibl. Phar. T. 2. Fig. 3. Tab. XII. ad. p. m. 363. (V) L. b. c. à p. 350. ad 357.
(W) Mang. Bibl. Phar. p. 433. T. 2.

Myrabolanorum sunt genera quinque bonorum
Citrinus, Chebulus, Belliricus, Emblicus, Indus.

Generaliter à reliquis prunis differunt Myrabolani costis aliquot elatis secundùm longitudinem ductis,& quòd officula majora crassioráque habeant, nucleos minores. Probantur 1. Citrini externè colore citrino, teretes, oblongi, ventricosi, dicuntur lutei, flavi, citrei. 2. Chebuli, maximi omnium, oblongi, angulosi intus nucleum continentes, externè colore fusci vocantur Quebolia, Quebuli, Cebulæ, Chepulæ, Chebulæ. 3. Bellirici oblongi cucurbitam referentes, audiunt Belleregi, Bellilegi. 4. Indi, oblongi nigri prioribus minores octangulares. 5. Emblici rotundi quidem, sed semper ferè in frusta fissi, Apellantur Emblegi, Imblegi, Ambegi, omnes hæ species præstant generatim, quo sunt carnosiores, crassiores, ponderosiores.

Myrrha est succus arboris arabicæ, resinosus ex vulnerata arbore profluens. Laudatur troglodytica, colore pallescens, seu subviridis, splendescens, ac mordax, quæ etiam arabica dicitur, fragilis levis, ubique concolor, & rubicunda pura, aliquomodo pellucida, amara, acris, odora, si confracta ungues, seu maculas exhibeat. Inutilis est ponderosa, coloris picei, seu nigra. Adulteratur gummi macerato in aqua, in qua Myrrha maduerit, sapor tamen, & odor dolum aperiunt.

Nardus, seu *Spica indica*, in Java crescit, & Javanis in edulium cedit. Eligitur odorata, haud cariosa, vel pulverulenta saporis subamari, nonnihil acris, aromatici, coloris fulvi, & ad purpureum vergentis.

- - *Celtica* est alterum spicæ genus, crescit in Lyguria, Carinthia, Styria, & in alpibus tyrolensibus, montibus pyreneis, folia habet salici similia. Eligitur levis, longas comas habens, & in odoris fragrantia constans; Herbâ quadam (odoris gravitatem Hirculus dicta,) permiscendo adulteratur, sed hæc minoribus foliis candicat, nec odora, nec amara est.

Nux Medica, sic dicta ab usu medico, quô gaudet inter Indos, est fructus durissimus, oblongus, magnitudinem castaneæ præseferens, colore ex flavo rubescens, ex Insulis Maldivanis ad nos venit.

Nux metella, perperam dicitur vomica, quia viribus emeticis verè est destituta, non est radix ùt alii volunt, sed fructus, licèt cujusnam arboris sit, hucusque dubitetur. Probatur orbiculata nummô aureô, quem scutatum vocant, similis, subinde minor, compressa calamô scriptoriô vix crassior, tenera, & ad tactum molli superficie instructa, coloris cinerei. Umbilicus utrin-

que

que medium occupat, qui altera facie in duas abit cruſtas duritie verè corneas, colorem habet fulvo candicantem, ſaporem inſigniter amarum, pulveriſationi pertinaciſſimè reſiſtit.

Nynx, *Ninzin*, *Ninſin*, *Genſing*, eſt herbæ Genſing radix, digitum longa, pretioſiſſima, tenerior medio digitô, in forma rapæ ſiccatæ, bifida in extremitatibus, filamentoſa, flaveſcens, ſaporis examaro ſubdulcis, venit ex Sina, ubi Panaceæ honores habet. (X)

Opium, ſunt, qui opium, & meconium confundunt, ſed malè, opium enim eſt lachryma, quæ ſtillavit ex capitibus papaveris ſub maturationem leviter inciſſis, Meconium contra eſt ſuccus inde expreſſus. Eſt opium triplex: 1. albumde, Cairô veniens, quod Thebaicum audit, & Meceri. 2. Nigrum veniens ex Aden. 3. Flaveſcens, magis molle, ex Cambaja, & Decam miſſum. Præſtat denſum, grave, odoratu ſoporiferum, guſtu amarum, aquâ facilè ſolubile, leve candidum, neque, aſperum, neque grumoſum, & quod inter colandum veluti cera non concreſcit, neque ſi accendatur, in nigrum fumum flagrat. Colore ex nigredine ruffeſcit. tritum adinſtar aloës flaveſcit, ſi frangatur ſplendicat, à ſordibus immune, adulteratur Meconiô, Glauciô aut ſylveſtri, Lactucæ ſuccô, ſed detegitur fraus, cum ſucco lactuceo falſificatum exiliter ſpiret. Glauciô remiſſum in dilutione croceum colorem reddit, gummi viciatum nimium ſplendeſcat; Meconium denique admixtum plurimæ ſordes prodant.

Opobalſamum eſt lachryma in Arabia, Ægypto ex frutice ſui nominis inciſo ſtillans. Probatur genuinâ, odore thuris, aut therebintinæ æmulâ, ſapore amaro, adſtringens modicè mordens, coloris, ſi mediam ætatem attigit, aurei vel in ſenio mellei, ſi lac ſui infuſione aliqualiter coagulat, panno fortiter adhæreat, in aqua ſolvatur, atque lacteſcat. Dicitur etiam Balſamus, vel Balſamum de Mecha.

Opopanax, eſt grummeſcens ſuccus ex Panacis Heracleæ radicibus, & caulibus ſauciatis ſtillans, atque concreſcens, primò eſt albidi coloris, poſt ſiccationem flaveſcit, & quaſi croceus fit. Probatur puriſſimus, amarus internè albus, aut ſubfuſcus, foris ad aureum colorem inclinans, levis, ſi frangatur, pinguis, & Galbani inſtar lenteſcens, tener, & ſtatim in aqua deliqueſcens, lacteſcens, odore gravis, ſapore amarus, granulatim bene cohærens. Improbatur niger, aut mollis, nec non ammoniacô, & cerâ ſucatus, dolus detegitur, quòd in aqua nec ſolvatur, nec lacteſcat.

Piper eſt fructus uvarum modò raceratim cohærens, licèt minor, habet varias ſpecies. 1. Vulgare Melanopiper nigrum. 2. Al-

(X) Bsanc. Lex. cit. p. m. 680.

bum, ſeu leucopiper, & 3. oblongum dictum macropiper, ſeritur ad radicem alterius arboris, quam ad apicem uſque involvendo ambire aſſolet, an florem perfectum, an imperfectum habeat planta piperifera, non ſcitur, cùm qui hucuſque deſcripſerunt, floris nullam mentionem fecerint, folia habet rara (a) mali aſſyrii adinſtar, ſed minora, & per extremum acuta, guſtu acria, naſcitur in Malacca, Inſulis Javæ vicinis, Sunda, aliiſque locis, longum etiam Bengala profert. Probatur grave plenum ſuccoſum, ſapore acerrimum, odorem æquè habens pipereum penetrantem, oculos urentem, & partes omnes, quas nudas attigerit, non carioſum, aut leviſſimum, album præ nigro, hoc iterum præ longo.

Rhabarbarum eſt lapachi ſpecies, habens radicem cum tempore multum grandeſcentem, propaginibus dependentibus multis proviſam, oblongam tuberoſam, circularibus Zonis rugoſam, quæ ablato cortice ſubflava multis venis rubicundis perſtriata, ſaporem amaricantem, & lenta viſcedine adſtringentem nauſeoſum prodit, odoris eſt pontici. Laudatur flavi coloris, rara, minori ſtipticitate agens in mandendo cum levi adſtrictione glutinoſa, intus inſtar nucis moſchatæ diffractæ variegata, item, quæ eſt gravis cum raritate ſua, in quáve diffractis fruſtis invenitur diſgregatio ex ruſſo, & glauco, quæ non eſt carioſa, fracta ſplendicat, nec lignoſa vel quæ intus corruptionem admiſit, dicitur Rha & barbarum, quaſi foret radix barbarorum. Rhabarbarum nullibi inveniri, niſi in China ſcribunt Acoſta, & Linſchotanus (b) Rheum ſeu Raponticum non eſt adeò purgans: & aliis notis veri Rhabarbari caret. Datur Rhabarbarum duplex: 1. Verum de levantes, ſeu levantinum, quod melioris notæ. 2. Moſcoviticum, corticis craſſi lignoſi, coloris obſcuri, valde ponderoſum, humidum corruptioni deditum, ideóque deterioris notæ.

Rha ponticum verum dicitur Rha non tam quòd Rha ſignificet radicem, ſed ab amne Rha, qui ſuas aquas per Tanaim fluvium tandem in pontum Euxinum evomit, eſt lapathi Thracici radix craſſa oblonga rotunda, ramoſa & brachiata, Rhabarbarô gravior & compactior, foris rugoſa, ferruginea, intus crocea, per tranſverſum ſecta, ſpiras oſtendens, ſaporis ſubadſtringentis, lenti viſcidi ſubacris, cum quadam, ſed Rhabarbaro longè remiſſiori amaritie, odoris pontici, ſed debilioris. (d) Hujus naturā æmulatur lapathi ea ſpecies, quam vulgus Rhabarbarū monachorū hucuſque nominare conſvevit, vid. Pharmac. Auguſt. reformat. p. m. 12. ed. cit.

Sacharum eſt ſuccus arundinum indicarum Manhu, qui vel ſpontè ex inciſis cannis ſtillat, vel elixatione medulla obtinetur.

Spe-

(b) Mang. Bibl. cit. T. 2. p. m. 712. (c) I. le Brun. in lib. demat. med.
(d) Mang. Bibl cit.

Species quæ ad nos veniunt, ſunt primò Maderenſe, ab inſula Madera, puriſſimum, cæteras ſpecies in ratione facile tripla excedit. 2. Canarienſe, ab inſulis hujus nominis. 3. Finum ſeu rafinatum, & Valentinum ab urbe Hiſpaniarum Valentia, ubi purificatur Germ. Superfein Candis Brod. Bonitate prioribus accedit. 4. Meliſſum ſeu Meliteum à Meli Indiæ occidentalis, Inſula, hoc dicitur etiam Sacharum cibale Melis-Zucker / gemeiner Hut-Zucker / reliquis antecedentibus ſpeciebus bonitate cedit. 5. Thomæum ab Inſula S. Thomæ, eſt rubrum, omnium viliſſimum, Braun-Farin. 6. Miſcellaneum ſeu Farinaceum, item Caſtonade Muſcovade conſtat fragmentis pyramidalis ſachari germanicè Farin-Zucker / Loſer Koch-Zucker. 7. Candum Cryſtallinum lucidum, & hoc item candidum ex Maderenſi & Canarienſi confici ſolitum puriſſimum Germ. Stehr-Zucker / rubrum fuſcum è Thomæo in cryſtallos redactum. 8. Penidium ſeu tractum. Gewundner Zucker. 9. Molle liquidum, ſeu mel ſacharinum eſt liquor fœculentus à purificatione ſachari reſiduus coctione iterum aliquantulum mutatus, iſque duplex albus, candicans, Weiſer Candis Syrup; nigricans ſordidior, ſchwartz brauner gemeiner Syrup. Sacharum probat candor, dulcedo, ſub parva molle magna efficacia, mundities, ſeu puritas, cum forti cohæſione.

Sagapenum, officinis ſerapinum, eſt lachryma ferulæ in Medea naſcentis ejuſdem cum Succo nominis, è qua ſauciata ducitur, naſcitur in Media regione, inde Alexandriam, hinc Venetias, porrò ad alia Europæ loca transfertur. Laudatur puriſſimum, translucidum colorem habens, foris fulvum, intus album, ſoporem acrem, & amarum, odorem gravem porrò affinem, inter digitos lenteſcens, protinùs vinô ſolubile, de origine illius diſputant varii; variè. Dioſcorides dicit illud eſſe ſuccum herbæ ferulæ medianæ. Schrœder idem lachrymam arboris ferulaceæ prætendit, & Galenus ex ſtirpe vult natam hujus nominis; adeoque ùt olim, ſic hodiedum, unde ſagapenum veniat, incertum eſt. Appellatur etiam Sacoponium, Germ. Sirup im Safft. Quid ad illud Lobelius, & Penna tria hæc gummata ſagapenum, aſam, Galbanum eſſe cognatarum plantarum ferulacearum ſuccos?

Sandala omnia, citrinum, ſive pallidum album, & rubrum ex India orientali ad nos veniunt, Græcis incognita, hinc ab Arabibus primò cognita, & ſub tribus ſpeciebus mox dictis nobis communicata.

Sandalum album parùm colore differt à citrino, magiſque palleſcit, pectines habet rectos, ſicut citrinum, & ex eo pariter in rec-

tas aſſulas vix ſcindi poteſt, texturæ ejuſdem, ac illud, ſed odore inferius & ſapore, qui debilis vix percipitur.

- - Citrinum eſt lignum ſolidum, ponderoſum, rectè pectinatum, coloris plùs minùs citrini, ſaporis amari, acris, acrimoniâ totum os replens, & ad caput uſque penetrans, moſchum nonnihil æmulans, aut ad roſarum odorem nonnihil vergens.

- - Rubrum, duritiei eſt ferè lapideæ, colore intenſius rubet, quàm lignum braſilicum, nec ſicut illud digitos inficit, inodorum, ſaporis fatui, densè pectinatum, pectinibus ſuis criſpaturas, aut nodoſitatis veſtigia imitatur.

- - Cæruleum, ſeu nephriticum lignum fruticis arboreſcentis in Mexico, & nova Hiſpania. Dicitur ſandalum cæruleum, cùm aquam tali colore inficiat, ex quo ipſo etiam genuinum cognoſcitur.

Sandaraca Arabum, non hìc intelligitur arſenici nativi quædam ſpecies, ſed gummi vulgo vernix dictum, ſeu juniperinum, colore maſtichen referens. Probatur, quod globulos habet longiores, eſt friabile, ſaporis reſinoſi, & odoris, ſubaccenſum, fragrantis.

Sanguis draconis eſt reſina Tinctura penitus ſolubilis, affinis ad apparetiam ſanguini exſiccato, ſapore adſtringens, quam ex arbore draco dicta diebus canicularibus partim ſpontè, partim ſauciando congregant, ſolis æſtu exſiccant, atque in folliculis ex foliis ejuſdem arboris ad nos ferunt, figura triangulari, vel etiam in panes, aut maſſas majores cogunt. Probatur, quæ pulveriſata pulverem ad inſtar cinnabaris rubrum præbet, quæ omnis ſaporis, & odoris expers eſt, quæ aquâ, nec oleô ſolvitur, ſed ſpiritu vini, aut bile; Adulterata cognoſcitur, ſi in aqua ſolvatur, in pulverem difficulter ſatiſcat, ſapore adſtringens eſt &c. Kæmpherus notat duplicem nobis exhiberi ſub hoc nomine reſinam, non ſola puritate, ſed matrice diverſam, in glebis ex occidente, in guttis ex oriente venalem.

Schmaragdus lapis: eſt lapillus grato virore oculorum aciem ità demulcens, ut omnem viridariorum amœnitatem ſuperet, pellucidus, diaphanus juxta Plinium duodecim generum, licèt nobis nonniſì orientalis, & occidentalis noſcatur, ille præſtantiſſimus, puriſſimus virore oculos omnes ſatians; dicitur etiam praſſinus à colore praſſi, quô gaudet, iterum duplex, qui in Cyro, Britaniæ in agro Eboracenſi, aliíſque locis invenitur, & Peruanus, qui licèt viriditate excellat, tamen non ità radiat, & nubeculis ùt plurimùm fœdatur. Adulteratur vitrô, ſed fraus ùt in ſaphiro cognoſcitur. Probatur, qui praſſeus, nitidus, ponderoſus, durus.

Styrax, Calamita dicitur; prima ſicca à cannarum calamis, in qui-

quibus etiam olim ex Pamphilia adferebatur, altera liquidâ, ſicca eſt arboris Cydonio non abſimilis reſina, quæ ex cortice vulnerato ſtillat, fertur ad nos ex Syria Pamphylia, Cylicia. Eligitur odore ſuaviſſima, pinguis, lenta, fragmentis albicantibus, ruffeſcens, odore conſtans, quæ, dum mollitur, mellea liquorem reddit, rejicienda eſt furfuribus, aut aliis ſordibus inquinata, ſitu obducta, nigra, & inodora, utpotè depravata, ſtyracem ſæpe mentiuntur maſſæ confictæ, facilè tamen diſcernendæ, v. g. ligni ſcobe, quam vermiculi errodentes excuſſerint, melle, Indis ſedimento, cera, aut adipe odorato. Styracis liquidæ notæ ſunt, ut ſit inſtar Therebintinæ liquida, & graveolens.

Tamarindi, Tamarindus eſt arbor fraxini, aut juglandis magnitudine conſpicua, cujus fructuum ſiliquoſorum pulpa hoc nomine donantur. Dicitur Tamar, quaſi Dactilus-Indi, quamvìs dactilum non referat, eligitur pulpa recens ex nigro ruffeſcens, tenera, ex multis villis intertexta, ſucculenta, & acido vinoſa. Adulteratur pulpâ prunorum, quæ tamen, ùt legitima, non ſplendet, nec tantam, aut tam gratam aciditatem ſapore refert.

Terra Medicata, ex mineralibus ſunt, quæ terræ faciem adhuc quidem retinent, à communi tamen terra quodammodo recedunt, & hinc inter medicatarum terrarum claſſes referuntur, pro diverſitatéque matricum, colorum proprietatum, regionum, vel aliarum circumſtantiarum diverſa nomina ſortiuntur. Sic 1. ratione ſoli nativi Lemnia, Turcica, Armenica, Chia, Melitea, Stringenſis, Brunduſiaca ſeu Bohemica, Labacenſis &c. 2. Ratione proprietatum terra ſolaris, Lunaris, Cuprea, Ferralis, Plumbinina; Ratione ſigni impreſſi, terra ſigillata. Sigillatarum alia eſt Turcica, turcicis characteribus ſignata, alia Lemnia Galeni, cui turcica maximè reſpondet, eáque in Officinis habetur; Probatur ſi ſit unctuoſa, arenulis carens, inter mandendum butyri modo liqueſcens, linguæ promptè adhæreſcens; guſtata manifeſtè adſtringens, quæ liquoris admixtu promptè ſolvitur (e) ſi vera eſt, ex inſula Lemnos Archipelagi ad nos venit.

- - Melitenſis à Melita, ſeu Malta inſula dicitur, éſtque tactu aſpera, colore alba, ad cinereum vergens, huc referuntur gloſſo Petræ melitenſes, oculíque ſerpentum lutei.

- - Officinalis terra ſigillata germanica uſitatiſſima habetur. 1. Strigenſis lutea, pinquis, viſcoſa, inſtar butyri in aqua, vel ore diffluens, medulla, vel axungia ſolis etiam dicta, naſcitur inter rupes montis S. Georgii ad oppidum Strigau, ducis Suidnicenſis, unde eruitur, ac orbiculata, Sigillóque Magiſtratûs munitâ ad nos

(e) Fer. Imp. Lib. 5. c. 33.

defertur. 2. Lignicenſis, Goldbergenſis, quod ad Goldbergam naſcatur, dicta, axungia lunæ, quia alba eſt. (f)

Theé Theà ſunt folia fruticis Chinenſis, Japonenſis, & Tartarici, ignis calore ſuper ſartaginem reſiccata, apud nos aqua ebullienti extrahuntur, atque, ità calidè ſorbillantur, ipſa verò ſi maſticentur leviter, linguam ſubadſtringunt. Probantur ſi fœnum recens ſpirent, ſi ſint minora, non admodum nigra, aut ſitu corrupta, ſi cum quadam amaritie adſtringant, aquæ infuſa figuram ob longam, acuminatam, & in ambitu crenatam exhibeant, conſervantur & adportantur in plumbeis, vel ſtanneis pixidibus.

Thus, ſeu Olibanum Saba adfert, quæ eſt reſina duriuſcula probè pellucida. Stillans de arbore arabica lentiſcum appoſitè referente. Genera habet duo, maſculinum, quod ex albo flaveſcens, teſticulorum ad inſtar rotundum, guttularum formam refert, candidum intus, atque pinque. Fæmininum magis reſinoſum, ac molle, citiùs ardet. Præfertur maſculum ex arboribus montanis collectum, odore nativo fragrantiſſimum, colore albedini proximum, granis majoribus denſatum. Pinea reſina, vel admiſtione gummi depravatur, ſed ignis maleficium demonſtrat, ſi enim gummi adulteratum fuerit, non ardet, ſi reſinâ, fumat, fœtet, dicitur à græco *thao* ſacrifico.

Manna thuris dicuntur, pollen farina, vel micæ thuris, quæ ex colliſione, dum in ſaccis vehitur, avulſæ fuerunt; Cortex etiam in uſu eſt; Refert, ut ſit craſſus, pinquis, odoratus, recens, minimè ſcaber. Adulteratur corticibus reſinoſis, ſed thuris cortex jucundo odore ardet, dum reliqui, vel ſinè odore, vel cum gravitate, & nidore fumando flagrant.

Tragaganthum, Tragagantha eſt gummi fruticis ejusdem nominis ſponte, vel ùt alii volunt, radice inciſa exſudans dictum à *Tragos* Hircus, quòd frutex gummifera ſit hirſuta. Probatur pellucidum album, ſubdulce, leve, ac ſincerum, in granis plerumq; fragmentísque adferri ſolet; ſi bonum, non tingit, nec odorum, nec ſapidum eſt, aquâ ſolutum in lentam mucilaginem difluit, figuram erucarum vel vermiculorum habet; quia forti expreſſione per filtrum mittebatur, ità Joh. Bauh. in Bibl. Mangett. p. m. 992.

Turbith eſt convolvuli indici ſpecies Altheæ folio modò cortex, modò radix, oblonga craſſa, reſinoſa, foris ferruginea, intus albida, ſaporis ſubacris, reſinoſi nauſeoſi, adfertur ex Guzarata, Canara, Goa, Cambaja, Dio, fortè eſt ſpecies ſcamonii, cujus radix etiam reſinoſa, & ejusdem indolis nomen à turbando deducit. Eligitur mediocriter ponderoſa, ſubalbida, aut cineritia.

Viperina, Serpentina Virginiana, Vincetoxicum, Virginianum

(f) Caſp. Schwenck Feld. in Catal. Stirpium & foſſil. D. Mang. l. cit.

num etiam dicitur. Licèt eam Raijus ad Pistolochiam creticam referat. Blancard ad Echium. Eligitur tenuis, fibrosa vulgari candidior plures ex uno capite dependentes fibrillas emittens, saporis incidentis, aromatici, subamaricantis, odoris vincetoxico vulgari penetrantioris atque gratioris.

Unicornu verum, ut distinquatur à fossili maximi piscis è cetorum genere in Grœnlandico mari oberrantis Narhval dicti dens esse perhibetur è superiori maxilla prodiens. Probatur durissimum, grave, exterius albidum, aut si vetus admodum aliorum dentium flavescens, intus album cavum, externè multis majoribus & minoribus striis convolvendo intortum, adeò, ut juga levia sulci asperi sentiantur.

Unicornu fossile, est margæ species, quòd foditur in variis Germaniæ locis. Laudatur exteriùs durum, interiùs molle, album friabile, linguæ adhærens. Dicitur Ebur, Spodium fossile, quod cornuum, vel dentium speciem referat vid: Valentini **Material-Cammer.**

Ypecacuanna, Ipecacuanna, Prasilica radix est, quæ etiam Hypecacuanha dicitur. Probatur longa, tenuis, flexuosa nodosa, multis exiguis porulis aspera, extus russa, intus pallida, saporis amari nauseosi. (g)

Zibethum est liquor pinguis felis zibethicæ è vesiculis glandulosis intrà penem, & testes collocatis. Probatur butyri mollioris consistentiam habens. Si recens palescit, vetus luteum, vel flavescit, odore tetrum, aliis permistum suave, si sinè remanentia heterogenei totum solvatur, aquæ ebullienti supernatet. Adulterium odor ostendit debilis, vel defectuosus.

Zingiber nascitur in omnibus Indiarum orientalium provinciis, maximè in Prasilia, & Insulis Philippinis; licèt Malabaricum censeatur optimum. Est radix plantæ, quæ Iridis, vel Gladioli formam refert. Laudatur, quò minus fibrosa, paululum compressa, tuberosa, brevis, pallida, saporis aromatici acerrimi instar piperis, odoris aliquantulum fragrantis, geniculatim internodata.

(g) Mangett Bibl. Ph. ad sequ. finem.



CA-

Q.

CAPUT IV.

De Aſſervatione Medicamentorum.

ASſervatio eſt, qua res medicamentales uſui repoſitæ à corruptione defenduntur.

Scopus aſſervationis eſt, ut Medicamenta uſui reſerventur, résque integræ, & uſui congruæ omni tempore in promptu ſint.

Res aſſervandæ ſunt, 1. nativæ, 2. præparatæ. Circumſtantiæ aſſervationis, 1. tempus, 2. locus, & adaptandi modus.

Tempus aſſervationis dicitur intervallum durationis ſucceſſivæ, comparativè ad rei durabilitatem, hinc non ultra terminum ſit durationis, nè cadaver inutile pro utili cedat.

Tempus, ſeu duratio nativorum.

MIneralia, ſi ſulphurea, & aquea quædam non ſint, denſitatis ergo diuturnioris ſunt durationis.

E vegetabilibus flores annuè mutandi, quia ultra annum, & ſemeſtre non durant, imò citius rejiciendi, ſi colorem, ſaporem, odorem amiſerunt. Flores Schœnanthi decenniô durabiles ajunt. De cætero flores, quò recentiores ſunt, eò meliores ſunt, nisì obſtet humiditas.

Herbæ diutiùs aſſervari poſſunt præcipuè inodoræ, interim mutandæ omnî annô.

Semina quò calidiora, eò magìs durabilia ſunt, frigida vix annum durant, & eo tempore adhuc cavendum, nè ranceſcant, cruditatem nidoroſam cum dolore ventriculi cauſatura.

Fructus, quotannis mutandi ſunt, nisì ſint exotici duro cortice proviſi, qui etiam trienniô durant.

Radices parvæ, raræ, quotannis mutantur, ſecus magnæ craſſa præditæ ſubſtantia, ùt Ariſtolochia, Bryonia, Gentiana, Rhabarbarum, quæ etiam trienniô durant.

Cortices in Annum etiam perdurant, & ultra.

Gummi, & Reſinæ, ſunt durabilioris materiæ.

Animalium durabilitas corruptione metitur, quæ rancore, colore, fætore, ſitu cognoſci poteſt, hinc molliores ſingulìs annîs mutandæ, duriores ſecus, ùt cornua, oſſa, dentes.

Tem-

Tempus, ſeu Duratio præparatorum.

ACeta infuſa quotannis mutare convenit, vel affusô novô acetô, infusísque novis materialibus renovare.

Aquæ deſtillatæ ſingulis annis, vel mutandæ, vel renovandæ ſunt; renovatio autem dicitur, ſi aqua recentibus plantis denuo affundatur, & redeſtilletur, aquæ ſpirituoſæ diutiùs aſſervantur.

Balſama Aromatica annos duos, trésve attingunt.

Denique cerata vix annum ſuperant, ergo renovanda, Clyſteres ex tempore parantur, cùm, ùt reliqua decocta facilè corrumpantur.

Collyria ſicca trochiſcis conveniunt.

Condita fructuum, biennium durant.

Confecta, quia Sacharo obducuntur diutiùs durant, quàm recentia.

Conſervæ unius ſunt anni.

Decocta, quia ſunt corruptioni obnoxia, in ſpeciebus tantùm aſſervantur.

Electuaria lenitiva intrà annum ferè imbecilliora fiunt, ſolutivorum virtus ad ſesquiannum perdurat. Imò hìc non vanum eſt illud Renodei pro gratia vigoréque augere, & decreſcere durabilitatem.

Deinde Elixiria ſpirituoſa, ſi bene claudantur, quotannis ſervari poſſunt.

Emplaſtra vix ſesquiannum durant, quin ſicceſcant.

Extracta dura diu durant, nec præter exſiccationem facilè quid noxæ patiuntur.

Fœculæ vegetabilium ſingulis annis renovantur, integræ tamen manent biennium, & ultrà.

Flores chymici variant pro diverſitate materiæ unde ſublimantur.

Julepi fiunt extemporaneè. Violatus, roſatus, in conſiſtentia ſyrupi aſſervantur.

Looch, ſive Eclegmata, quorum ingrediens amygdalæ, vel ſemina frigida, annum haud durant, reliqua biennium attingere ſolent.

Magiſteria cùm præparentur præcipitatione ex duris ultrà annos conſervari poſſunt.

Morſulos præſtat recentes facere, præcipuè ſi contenta ſint rancori obnoxia. Olea expreſſa temperata, ùt amygdalorum, pinearum &c. vix menſem ſinè rancore durant, frigida unius ſunt anni, calida per duos, vel tres annos perdurant. Ex odoratis expreſ-

ſa, ùt nuciſtæ, diu ſervari poſſunt. Deſtillata diutiùs durant, inſolata fermè quot annis mutari ſolent.

Maſſæ pillularum, quæ opium non continent, partìm ob duram conſiſtentiam, partìm ob Aloëm, tres vel plures annos ſuperant. Demum præparata, utpote dura, tribus, imò pluribus annis ſervantur.

Pulveres nè grummeſcant, præſtat adhibere recentes.

Roob ſingulis annis mutantur.

Rotulæ ex tempore ſerè fiunt.

Salia præſertim cryſtaliſata annos attingunt.

Species Aromaticæ ſingulis annis, vel ſeſquiennali periodo, renovari volunt.

Spiritus diu durant, dummodo cuſtodiantur.

Succi liquidi quotannis mutantur, inſpiſſati duos, trésve attingunt.

Syrupi ſimplices annuâ periodô renovari cupiunt, aromatici compoſiti, biennali.

Tinctura in pulveribus durat annis aliquot, liquida pro ratione menſtrui.

Trochiſci, qui opium, aut rancori obnoxia continent, ultrâ annum non durant, ſecus ad ſexennium producuntur.

Unquenta ad annum, vel ſesquiennium ùt plurimum ſervantur, imò ultrà, ſi oleoſis deſtillatis careant.

Locus Aſſervationis.

EST vel genericus, vel ſpecialis. Genericus eſt domicilium aſſervatorium, quod eligendum purum nitidum ventis pervium ſeptentrionem, meridiémque ſpectans, non obnoxium radiis ſolaribus, ſublime, & à pulveribus immune.

Locum ſpecialem præbent vaſa pro varietate materiæ variâ, ſic è mineralibus terræ, herbæ umbra ſiccatæ, flores radices loco umbroſo ſiccati, item animalia exſiccata reponuntur in ſcatulis aut pixidibus ligneis.

Salina, aquea, ſemina, gummi, reſinæ ſiccæ & liquidæ, adipes, & medullæ in vaſis vitreis, recondi amant in loco convenienti.

Præparata, ùt:

ACeta ſtillatitia in vaſis vitreis locô temperatô aſſervantur; Balſama odorata, olea, infuſa, expreſſa, atque ſtillatitia. Spiritus in vaſis vitreis loco ſicciori bene obturati continentur, ùt & præparata.

Con-

Condita conſervæ, electuaria, eclegmata, extracta, ſyrupi, unguenta, ac linimenta optimè aſſervantur in vaſis figulinis.

Confectiones, morſulæ, rotulæ, trochiſci, in ſcatulis ligneis aſſervari petunt.

Emplaſtra, cerata, veſica involuta benè aſſervantur.

Pillulæ cuſtodiri pariter amant in ligneis ſcatulis vel pixidibus, ſpecies aromaticæ coreaceis ſacculis reconditæ, vel in vitreis, vel in ligneis vaſis optimè cuſtodiuntur.

Vina vel in doliolis, vel vitreis, vel figulinis vaſis.

Succi denique in vaſis vitreis anguſtioris colli ſuperinfuſo oleô exigunt contineri & tueri.

Modus adaptandi ad aſſervationem.

VArius eſt pro varietate rei, quæ adaptanda eſt, ſic Camph. aliam adaptationem requirit ac oleum, oleum aliam ac adipes &c.

Flores ùt plurimùm à caulibus & foliis ſeparantur, folia à caulibus auferuntur, aliquando tamen ſi folia craſſiora fuerint, non raro una cum caulibus, & floribus aſſervantur.

Radices aliæ integræ, ùt Ariſtolochia, gentiana, aliæ in talleolis diſſectæ præparantur. Aliis demitur lignoſa matrix ùt fœnic. Petroſel, &c.

Fructus ita collocantur, ut pedunculi deorſum ſpectent, & flores ſurſum, aut nonnunquam meliùs ſepeliuntur in ſeminibus Hordei &c.

Pinquedines lavando imprimìs aquâ purgantur, hinc lento igne liquantur, transcolantur, & ſuper frigidam effunduntur ùt ſordes ſic aufferri poſſint, quô factô, locô frigidô aſſervantur.

Membranoſæ partes, ùt inteſtina diſſecta lavantur vinô, aut alio ſimili, & exſiccantur, exſiccata in foliis convenienter involvuntur.

Sanguis repurgatus à ſero exſiccatur in furno.

Fella in ſacculis ſuis felleis per ligaturam incluſa ad caminum ſuſpenſa ſiccantur NB. cavendum à fumo.



R CA.

CAPUT V.

De Ponderibus Medicamento-rum, eorúmque Mensuris.

DOctrinam ponderum, atque mensurarum Pharmacopeo scitu necessariam, non erit, qui ambigat, posteaquam, pondus, mensura numerus agendorum sunt regula, & limites, quos ultrà, citraque nequit consistere certum. Quos ultrà operationes omnes incertitudinis, & periculi plenæ sunt, nec aliud exspectari potest in Medicis, quàm ut minori dosi propinata Pharmaca expectationi desint, in majori verô exhibita lædant.

Pondera ergo, & mensuras tractaturis à pondere minimo quasi radice insecabili, adeoque omnium cæterorum principio erit incipiendum, sicut enim apud Arithmeticos numerorum principium est unitas, ea quam ad reliquos dicũt, ratione indivisibilis, sic omnium ponderum elementum constituit granum, quod repetitum pondera secus ac unitas numeros componit. Æquatur grano piperis albi, síque vigesies repetatur, constituit pondus Scrupuli unius, sin sexagesies, Drachmæ unius, atque sic Uncia duodecima pars libræ constat Drachmis octo, libra verò uncias capit duodecim ponderis medici, juxta P. Celsum, & J. Rhodium. Pondo dicitur signans, adeo libram non mercalem negotiatoriam Gallis regiã (z) sedecim unciarum, sed Romanam, quæ tam ponderalis à pondere, quàm mensuralis à mensura acceptabatur Romanis, & hodiedum nobis acceptatur. (p)

Compositionem ponderum medicorum ex grano ostendit sequens tabula, seu abacus, quem conspectûs facilioris gratiâ hìc subjungimus.

Continet	Libra	Uncia	Drachma	Scrupulus
Grana	5760.	480.	60.	20.
Scrupulos	288.	24.	3.	
Drachm.	96.	8.		
Uncias	12.			

No-

(z) Pudeus l. 2. fol. 37. (p) Joan. Rhod. Galen. l. 6. d. Compos Meo. f. Gen. cap. 8.

Notantur autem pondera his Signis.

Gran.	- -	Granum.
℈.	- -	Scrupulus.
ʒ.	- -	Drachma.
℥.	- -	Uncia.
℔.	- -	Libra.

Menſuræ porrò aridorum exprimuntur.

M.	- -	Manibulus.
N.	- -	Numerus.
P.	- -	Pugillus.

Menſuræ verò Liqvidorum.

Cochl. - Cochleare in Syrupis continet unciam totius dimidiam, in aquis ſtillatitiis ʒiii.

Cyathus.	Comprehendit	Unciam unam & mediam.
Sextarius.		Uncias ſedecim.
Menſura.		Libras quatuor.
Congius.		Libras octo.

Sin Ponderis aut menſuræ medietas exigatur? notanda eſt *ß.* germanico, ut Grß. ℈*ß.* ʒ*ß.* ℥*ß.* ℔*ß.* m*ß.* p*ß.* cochl. *ß.* & ſic ultra.

Characteres in deſignandis numerorum valoribus aſſumuntur Romani, habent enim nonnulli arabicorum cum menſurarum characteriſmo convenientiam, ſimul ac in Medicis ſinè confuſione non obtinet de numerationis regula recepta locorum ad valorem ordinatio, numeri tales ſunt.

I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	VIII.	IX.	X.	XX.	XXX.	XL.	L.	LX.	LXX.	LXXX.	XC.
1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	20.	30.	40.	50.	60.	70.	80.	90.

Sic enim ob notarum diverſitatem non tam facilè error committitur qui characterum ſimilitudine forſan ſubrepere poſſet, cùm v. g. 3. & ʒ. pondus, & numerum ternarium deſignent, nec, ob conformitatem traditionis, recedendum facilè à notis acceptatis, & introductis antiquorum. Adeo quæ mox adduximus pondera, uſitatiſſima ſunt modernorum, cùm enim verò non tam decorum, quàm neceſſarium ſit eorum nonnullam notitiam ſibi comparare, quæ ab antiquis uſurpabantur, quæ in antiquorũ ſcriptis occurrentia pro eruditione confuſionem pariunt, ni intelligantur. Abacos ponderum & menſurarum eo fine hìc ſubjungimus, ut uno intuitu videri poſſit proportio ponderum, aut menſurarum ad invicem, & quoties unum in altero contineatur, in qua compoſitione denique aſcenſus, & deſcenſus valoris venerabili antiquitati fuerit obſervatꝰ.

Hucusque Casparus Wolffius Tigurinus Medicus in *Mangetti Bibl. Pharma. T. II. pag. m. 255.* cùm tamen, pondera ità allata nec omnibus Gentibus veterum, nec etiam Scriptoribus fuerint eadem, sed variaverint sanè, notulas subjunximus sequentes, quibus discrepantiam valoris circa pondera varios juxta Authores, variam facilioris intellectûs & combinationis gratiâ digessimus.

(a) (b) Mina Mna fortè idem ac mille, alia est attica & Ægyptiaca pendens ℥XVI. id est Drachmas 128. alia Romana & Alexandrina habens ℥XX. (*Galen. Lib. de pond. & Mensuris.*) (c) Erant, qui Libram, minam, & pondo pro synonimis habebant, ùt Jul. Alex. notavit *in Galen. 1. de C. M. P. G. cap. 15.* communiter tamen libra capiebat, & hucusque capit ℥XII. id est drachmas 96. *Galen. lib. de pond. & mensuris, cap. 1. & 2.* (d) Idem ac Libra Semis pendens ℥VI. seu Drachmas 48. (e) Duodecima pars libræ à Græcis nomenclaturam sumpsit, componitur Drachmis octo, Scrupulis 24. *Gal. lib. 3. de C. M. P. G. c. 3.* (f) Idem ac uncia semis capiens drachm. quatuor, scrupulos 12. (g) Tertia unciæ pars octonis scrupulis terminata. *Rhod. ad scrib. n. 145.* (h) Aliter Sicilium *Sichlion* secundùm *Rhod. ad scrib.* capit scrupulos sex, éstque ità unciæ quarta pars; juxta Galen. verò, *de Ponderibus & Mensur.* pendet ℥ß. & est pars unciæ dimidia (i) Scrupulorum quatuor pondus est. (k) Ægyptia & Attica fuerat olim, prior pendebat obulum, scribente Cleopatra; altera cum nostrati idem valebat. *Galen. de pond. & mensur.* dicebatur olim *olchi* Holca, Nunc alia est ponderalis de qua hìc quæstio, alia mensuralis, utraque octava pars unciæ. (l) Testante Rul. & Johns habet ʒ. scrupuli, licèt determinatu sit difficilis ob varietatem fabarum, sic enim de Ægyptia fertur apud Galen. *L. 1. de Al. Fac. cap. 19.* & *Scribon.* eandem æquatam fuisse ponderi drachmæ unius, & dum Rhod. *in Not. comp. 13. 74. &c.* nominat Lupini granum ponderis quatuor granorum, hìc de Syra loquimur semidrachmæ ejúsque ʒ. (m) idem ac ℈i. cum semisse, seu medietas drachmæ. (n) Tremissis quasi tertia drachmæ pars, licèt 6ʒ. grana superet; quod aliunde petendum, (o) scrupulus, scriptulus *gramma* est 24. pars unciæ, *Galen. lib. de pon. & mens. c. 2.* dicebatur ità, quia gramma apud Græcos significat litteram, scriptum, cúmque uncia tot habeat scrupulos, quot Græcis litteras. (p) continet 8. æreos, & si ter repetatur constituit drachmam semis. *Gal. l. d. p. & M. cap. 3. &c.* (q) idem ac grana octo compositum pondus ex duabus siliquis vel Karatiis. *Gal. de pond. & mens. cap. 3.* (r) semissis obuli. (s) pondus gran. 4. *ùt lit. q. antè* (t) aliter æreolum, est sexta pars obuli & ità 12. scrupuli pendet iterum grana duo, olim enim scrupulus componebatur gr. 24. *Fernel. Therap. lib. 4. c. 6.* (u) sub *ly* granum etiam intelligebantur grana hordei, sed integra & perfecta. *Gal. l. cap. 3.*

Aba-

	Mina Attica. (b)	Libra. (c)	Se-Libra. (d)	Uncia. (e)	Semi-Uncia. (f)	Duella. (g)	Sicilicus. (h)	Sextula. (i)	Drachma. (k)	Faba ſyra. (l)	Semidrach. (m)	Tremiſſis. (n)	Scrupulus. (o)	Obulus. (p)	Biſſiliqua. (q)	Semiobulus (r)	Siliqua (s)	Chalcus. (t)	Grana. (u)
Minoromana. (a)	$1\frac{1}{2}$.	$1\frac{2}{3}$.	$3\frac{1}{3}$.	20.	40.	60.	80.	120.	160.	240.	320.	360.	480.	690.	1440.	1920.	2880.	5760.	11520.
	Mina Attica. (b)	$1\frac{1}{3}$.	$2\frac{2}{3}$.	16.	32.	48.	64.	96.	128.	192.	256.	288.	384.	768.	1152.	1536.	2304.	4608.	9216.
		Libra. (c)	2.	12.	24.	36.	48.	72.	96.	144.	192.	216.	288.	576.	864.	1152.	1728.	3456.	6912.
			Se-Libra. (d)	6.	12.	18.	24.	36.	48.	72.	96.	108.	144.	288.	432.	576.	864.	1728.	3456.
				Uncia. (e)	2.	3.	4.	6.	8.	12.	16.	18.	24.	48.	72.	96.	144.	288.	576.
					Semi-Uncia. (f)	$1\frac{1}{2}$.	2.	3.	4.	6.	8.	9.	12.	24.	36.	48.	72.	144.	288.
						Duella. (g)	$1\frac{2}{3}$.	2.	$2\frac{2}{3}$.	4.	$5\frac{1}{3}$.	6.	8.	16.	24.	32.	48.	96.	192.
							Sicilicus. (h)	$1\frac{1}{2}$.	2.	3.	4.	$4\frac{1}{2}$.	6.	12.	18.	24.	36.	72.	144.
								Sextula. (i)	$1\frac{1}{3}$.	2.	$2\frac{2}{3}$.	3.	4.	8.	12.	16.	24.	28.	96
									Drachma. (k)	$1\frac{1}{2}$.	2.	$2\frac{1}{4}$.	3.	6.	9.	12.	18.	36.	72.
										Faba ſyra (l)	$1\frac{1}{3}$.	$1\frac{1}{2}$.	2.	4.	6.	8.	12.	24.	48.
											Semidrach. (m)	$1\frac{1}{18}$.	$1\frac{1}{2}$.	3.	$4\frac{1}{2}$.	6.	9.	18.	36.
												Tremiſſis. (n)	$1\frac{1}{3}$.	$2\frac{2}{3}$.	4.	$5\frac{1}{3}$.	8.	16.	32.
													Scrupulus. (o)	2.	3.	4.	6.	12.	24.
														Obulus. (p)	$1\frac{1}{2}$.	2.	3.	6.	12.
															Biſſiliqua.	$1\frac{1}{3}$.	2.	4.	8.
																Semi-Obulus.	$1\frac{1}{2}$.	3.	6.
																	Siliqua.	2.	4.
																		Chalcus.	2.
																			Grana.

Abacus Menſurarum Atticarum pro fluidis.

	Choas	Xeſtes	Cotilas	Oxibapha	Cyathos	Conchas	Myſtra	Chemas	Cochlear.
	(b)	(c)	(d)	(e)	(f)	(g)	(h)	(i)	(k)
Metreſtes (a)	12.	72.	144.	576.	864.	1728.	3456.	4320	8640.
	Choac.	6.	12.	48.	72.	144.	288:	360.	720.
		Xeſtes	2.	8.	12.	24.	48.	60.	120.
			Cotila	4.	6.	12.	24.	30.	60.
				Oxibaph	$1\frac{1}{2}$.	3.	6.	$7\frac{1}{2}$.	15.
					Cyathus	2.	4.	5.	10.
						Concha	2.	$2\frac{1}{2}$.	5.
							Myſtrū	$1\frac{1}{4}$.	$2\frac{1}{2}$.
								Chema	2.
									Cochle.

Quod ſupra de ponderibus egimus idem menſurarum Abacis ſubjungimus; ut eadem vel contraria authorum ſenſa legenti innoteſcant, combinatio denique facilis eveniat, porrò ex contradictione inter legendum eventura confuſio vitetur. (a) Maxima eſt menſurarum aliis centum & viginti libras continet, & olei circa centum & quinque *Gorr. pag.* 292. dicitur etiam *metreta*, *cadus. Linden. ſ. M. Ex. x. ſſ.* 140. (b) Choa Congius Atticis in uſu erat, Menſura cotylarum atticarum 12. olei capiebat libras 9. Vini 10. Mellis 13½. Rhod: Conchium 10. libris abſolvebat. *Diff. de ponderibus & M.* Linden verò Vini ſaltèm tribuit libras 8. cum ℥iv. (c) *xaſys* aliter ſextarius Athenienſium habebat ℥xviii. id eſt libram cum ſemiſſe, *Gal. lib.* 1. *de C. M. P. G. c.* 1. Rhodius diſtinquit inter menſuralem & ponderalem, priorem duabus Heminis, id eſt ℥xviii. abſolvit. *Not. adſcrib.* item *diff. de ponderibus & menſuris.* Aliàs capit menſurales ℥xx. dicitúrque ſexta pars congii, & iterum juxta alios capit vini libr. 1. cum ℥viii. olei libr. 1. cum ſemiſſe, quod idem vult Maſſarius Vincentinus *de pond. M. M. Tract.* 3. *cap.* 2. 6. *&c. verbô chus.* Item: *cap.* 10. *in verbo de ſextario licet.* (d) Dicitur etiam *chotuly* Colyla, Cotyledon, confunditur cum acetabulo juxta Blancard. *in Lex.* ℥ix. *capit.* utì Hemina italica; apud Galen. Cotyla ſanguinis conſtabat ℥xii. *ex Salio de affect. part. cap.* 22. (e) idem ac acetabulum incertæ menſuræ circumfertur apud authores, dictum ità à vaſculo infuſorio aceti, quo in aſſumendis & condiendis cibis pro Embammate utebantur. Paulus Zacharias ex plinio ſtatuit menſuram drach. xv. *Q. mod. leg. l.* v. *T.* iv. *Q.* 2. *n.* 19. iv. Rhodius verò idem drach. 18. olei, vini drachmis 2. & ſcrup. 12. Mellis ℥iii. & ʒix. comprehendit. *Diſſert. de pond. & M. circa finem.* Galli demum quartam partem Heminæ, id eſt ℥ii*ſs.* illi tribuunt, ùtajunt ex Plinio.

nio. *Lex Castell. sub hoc nomine* (f) Rhod. ex Hesichio illi tribuit ℥ii. *adscrib. n. 1. de c. M. S. L. C.* 7. *lib. de p. & M. C.* 4. 5. *& sequent.* Barbaris dicebatur Bicarium, arabicè corruptè Alcuatus Alcuatum, à *laratochysin* (quod idem ac fundo) nomen duxit, & à nonnullis poculum vulgare credebatur, sed malè. *ità Blancard. in Lex.* (g) apud Hypocratem significat mensuram, græcè *smaphis* dictam, quæ conchæ capacitatem accedit, & mystra duo capit, sive drachmas sex. *l. de nat. mul.* xxix. 2. *l.* 1. *de morb. Mul. c.* vi. *6. 1.* (h) *musron* drachm. habet binas, non ponderales, sed mensurales, aliàs etiam captabat cochlearia duo, & dimid. *Lex Blanc.* (i) seu Chama duplex est, major tenet drachmas tres, minor de qua hìc quæstio, drachmas duas. *Hyp. l.* 1. *de morb. mul. c.* i. *17. cap.* ix. 20. Aliàs incerti ponderis censetur & propriè concham marinam hiatulam designat juxta Galen. *de P. V. n. 539.* (k) est quoque majus, vel minus, Massario minimum medium maximum, maximum capit ℥ß. majus drach. ii. minimum drach. i. imò ℥ß. *Massar. sect. 3. cap. 35. & sequent. Gal. l.* 7. *M. Med.* cii.

Abacus Mensurarum atticarum pro aridis.

	Chæni-ces. (b)	Xestes. (c)	Cotylas. (d)	Oxibap-has. (e)	Cyathos. (f)	Cochlea-ria. (g)
Medin-nus (a)	48.	72.	144.	576.	864.	8640.
	Chænix.	1½.	3.	12.	18.	180.
		Xestes.	2.	8.	12.	120.
			Cotyla.	4.	6.	60.
				Oxibaph.	1½.	15.
					Cyathus.	10.
						Cochlear.

(a) Continet 180. libras mensurales, seu modios sex non medicos sed georgicos. *Lexic. Blancard.* mensura hæc magìs est communis agricolis, quàm Medicis ob magnitudinem. *Castelli Lexic.* (b) continet sextarium unum & dimidium, id est libras duas mensurales cum quadrante, *Gal. de P. & mens.* accipitur etiam pro mensura liquidorum tenente vini ℥vliv. olei xl. circiter. *Lexic. Blanc.* (c) Rhodius mensuralem duabus heminys absolvit. & *Differt. de pond. & mens.* eidem libram unam & mediam tribuit, adeo ut sextarius aridorum efficiat libr. iß. liquidorum, *vid. Lex. Cast. de hoc nomine.* (d) Nostri Eminam, Stephanus menam appellant, statuitur mensuræ ℥ix. id est lxxii. drachmarum, ùt ex Gal. habet Simon, contradicente Isidoro, qui drachmas tantùm lx. numerat, utrumque verum, licèt secundùm diversas observationes; adfert nobis Massarius

ſarius *Sect.* 3. *cap.* 11. ſubjuncta cauſali: *Quoniam Galenus communes, Iſidorus Atticos ſequitur, quorum menſuræ ad communes relatæ minores ſunt in ſubſeſquiquinta proportione. ut* 60.72. (e) Secundùm omnes hæc menſura meliùs ad liquida, quàm ad arida menſuranda quadrat, atque à Plinio acetabulum, à Serapione acſuneſt vocabatur; conſtare ℥ii. & ʒii. videtur nonnullis. *Maſſarius ſectione* iii. *cap.* xx. quô pactô conveniret cum menſura Gallorum ex Plinio ℥ii*ß.* (f) aridorum quoque menſura eſt, & ideò numeratur inter communes, Romani habebant cyathum ſextarii partem duodecimam, Attici verò comprehendebant ſeſqui uncia vel ℥ii. ex *Heſichio. aut Rhod. adſcrib. n.* 1. (g) menſuram minimam aridorum conſtituit, éſtque Cyathi pars 10. juxta potiores.

Abacus Menſurarum Romanarum pro aridis.

	Semimodios. (b)	Sextarios. (c)	Heminas. (d)	Acetab. (e)	Cyathos. (f)	Ligulas. (g)
Mod. (a)	2.	16.	32.	128.	192.	768.
	Semimo.	8.	16.	64.	96.	348.
		Sextario.	2.	8.	12.	48.
			Hemina.	4.	6.	24.
				Acetab.	1½.	6.
					Cyathus	4.
						Ligula.

(a) Erat menſura 16. ſextariorum ferè ubique; græcè dicebatur eodem modô *modios, Gorr. Galen. l. d. pond. & menſ. c.* 5. (b) per ſe patet, medietate modii contineri (c) continet 2. heminas ſeu ℥xviii. Galenus notat hanc menſuram apud Athenienſes olim non fuiſſe, poſtea etiam à Græcis receptam, ſed aliter, quàm apud Romanos. Apud Romanos ſextarius unus libr. 1. ſemiſſem, & ſextantem, ſimul, adeò ℥xx. conſtituebat. Athenienſium ſextarius verò fuit tantùm libr. 1*ß.* id eſt: ℥xviii. *Gal. l.* 1. *de comp. M. G. c.* 1. vide *ſupra Xeſtes.* Dicitur ſextarius, quia eſt ſexta pars congii; *Galen. l. cit.* (d) derivatur à græco *miou*, quòd ſit pars dimidia ſextarii (e) de hoc ſuperius actum ſub *ly* oxybaphon (f) ſupra ſub eodem nomine innotuit (g) quarta eſt pars Cyathi, id eſt, menſura ſemi-unciæ, alii Ligulæ menſuram tribuunt, cochleari majorem continentem ſemiunciam exceptis ℈ii. *Scrib. n.* iii. 144. 220. adeoque cum Rhodio, *in notis ad h. l. p.* 217. *in diſſert. de pond. & menſ.* ℥iii. ℈i-

Abacus Menſurarum Romanarum pro liquidis.

	Amphoras (b)	Urnas (c)	Cong. (d)	Sextar. (e)	Hemina. (f)	Quartar (g)	Aceta. (h)	Cyat. (i)	Ligul. (k)
Culeo(a)	20.	40.	160.	960.	1920.	3840.	7680.	11520.	46080.
	Ampho.	2.	8.	48	96	192.	384.	576.	2304.
		Urna	4.	24.	48.	96.	192.	788.	2511.
			Cong.	6.	12.	24.	48.	72.	288.
				Sextar.	2.	4.	8.	12.	48.
					Hemi.	2.	4.	6.	24.
						Quart.	2.	3.	12.
							Acet.	6.	1½.
								Cyath	4.
									Ligula.

(a) Saccus coreaceus (ùt dictum) denotat Menſuram Romanam maximam *Plin. l. 14. H. N. cap.* 4. licèt aliquaudo minor, quam 20. amphoræ (b) vigeſima pars culei, de qua actum ſupra, capit congios octo, id eſt, olei 72. vini 80. libr. Mellis 180. *Rhod. de ponderibus & menſuris p. 40.* (c) variat, ſic enim juxta Galen. *de pond. & menſ. cap.* 2. eſt dimidium amphoræ, tenens vini libr. 40. Olei libr. 36. mellis 54. dum Soranus Epheſius ſcribit, integram amphoram continere, adeoque cum Cado confundit docente *Rhodio, ad Scrib. n.* 105. *Lex Caſtell.* (d) de hoc ſupra, ſub hoc nomine (e) ſexta pars congii ùt dictum ſupra (f) de hac pariter alibi actum. (g) quarta, vel potius dimidia pars heminæ vini, continebat ℥v. olei ℥ivß. mellis ℥vi. ʒvi. *Dioſcorid. in addit.* (h) de hoc equidem egimus, (i) & (k) repetitione non indigent, ſed ſolùm ſicut Liquidorum menſuræ ab illis quas aridorum ſpecificavimus, diſtinquuntur.

Sequitur nunc Tabula Menſurarum & Ponderum Medicinalium, veterum characteres exhibens, quibus Valores ſub characteribus horum temporum uſitatiſſimi ſubjunguntur, noſtris uſibus aptantur.

Ponderum.		Characteres.	Pendet.
Pondo as Libra	Latine - -	P. L. Ꝉ. ꝑ. Ꝉ. ꝑ. ꝑ. X. =. Z. ʃʃ. IV.	℥xii.
	Græce - -	Δ·Λ·λ·λ·λ:	
Pes		ʃ.⊣ʃ.⊣ʃʃ.ʃʃ.	℥viii.

Se-

		Pendet
	[symbols]	℥vi.
Selibra, Græcè	[symbols]	
Sembella. Latinè	[symbols]	℥vi.
Triens	[symbols] vel [symbols] 35. / [symbols]	℥iii.
Quadrans	[symbols] / [symbols]	℥vi.
P. Sextans Celſi lib. 5. cap. 19. & 25.	[symbols]	ʒii.
Seſcuntia	[symbols]	ʒiſs.
Uncia Græca	[symbols]	
Uncia Romana	[symbols]	ʒviii.
Nux magna Juglans Regalis.		ʒſs.
Semiuncia	[symbols]	ʒiv.
Duella	G. V. IO. LL. [symbols]	℈viii.
Sextula	I. [symbols]	℈iv.
Dimidia Sextula	[symbols]	℈ii.
Sicilicus	[symbols]	℈vi.
Semi-Sicilicus	[symbols]	℈iv.
Denarius	[symbols] / [symbol] Græc.	℈ii$\frac{1}{3}$.
Nux parva pontica, Avellana.		ʒi.
Victoriatus	[symbols]	ʒſs.$\frac{1}{4}$.
Scribonii Faba Ægyptia	[symbols]	ʒſs.
Syra		℈ii.
Faba Græca		℈i.
Romana Celſi *L. 5. cap. 25. de Pond. & Menſ.*		℈ſs.
Lupinus	[symbols]	℈$\frac{1}{3}$.
Scrupulum vel Scrupulus	[symbols] / [symbols]	gr. xx.
Sextans denarii	[symbols]	gr. x.
Uncia denarii obulus	[symbols]	gr. x.
Erwin Ervilia ſemen Leguminis minoris		gr. iii.

Granum videatur alibi. T Men-

Menſurarum Characteres.

			Capit
Sextarius		Ϝ. Ͻ. ℌ. X E. ℧ ℧. ℌ.	℔iß.
Hemina	Græcorum	KKK. K°Ɛx.	℥viii.
	Romanorum	Ͻ. S. ≴.	
Acetabulum		Z. O.	℥iiß.
Cyathus ſeu Biccarius.	Græcus	ℌ~K~K Y.	℥iß. vel
	Romanorum	CC~TI.	℥ii.
Seſquicyathus Celſi lib. 5. cap. 14. æquivalet acetabulo.			
Ligula. Colum. l. 12. cap. 21. Plin. l. 20. cap. 24.			ʒiii℈i
Cignus. Apic. lib. 10. cap. 6. & 31.			ʒii℈ii
Cochleare menſurarum minimum			ʒi. ii. ʒß

Hactenus de Ponderibus & Menſuris veterum ſatis dictum, ſin tamen plura hac in parte deſiderarentur à Lectore curioſo Autheres videndi, qui in Bibl. Mangetti Pharm. Tom. II. p. m. 256. ſat copioſi inveniuntur



CA-

CAPUT VI.

De Characteribus & Signis Chemicorum usitatioribus.

REgula quidem communis jubet, ut Delineationes, & Signaturæ suis conveniant rebus, interim multa usitatiora signa circumferuntur, quæ acceptata ubique usu invaluerunt, adeoque nec naturam, nec figuram signati, nec primas litteras nominandi præseferunt, quin potius barbarè excogitata hodiedum scribendi cuidam compendio inserviunt, hìc loci haud omittenda.

+. Acetum.	♀. Cuprum.	Tartarus.
Acetum destillat.	Dies.	▽ Terra.
Aër.	♂ Ferrum.	Tinctura.
Alembicus.	Hora.	*SV.* Spiritus vini.
O. Alumen.	△ Ignis.	Vitriolum.
aãa. Amalgama.	Ignis rotæ v. cir.	Viride æris.
♁ Antimonium.	Mercurius subli.	Urina.
▽ Aqua.	Merc. præcip.	
Aqua Fortis.	Mensis.	*Huc pertinent nonnulli Characterum supra omissi, licèt Barbari.*
Aqua regia.	Nitrum.	
Arena.	Nox.	
☽ Argentum.	Oleum.	
☿ Argentum viv.	♄ Plumbum.	æs. ustum.
Arsenicum.	Præcipitatio.	Alembicus
Auripegmentũ.	Pulvis.	Alumen.
☉. Aurum.	QE. Quinta Essent.	Alumen plum.
B. Balneum.	Retorta.	Amalgama.
MB. Balneum Mariæ	Regulus.	Antimonium.
VB. Balneũ vaporis.	⊖. Sal.	Annus.
Calx viva.	Sal amoniac.	Aqua.
♋ Cancer.	Sal gemmæ.	*VFont.* aqua font.
Caput mortuum	Sp. Spiritus.	♒ Aquarius.
Cineres.	♃ Stannum.	♐ Arcitenens.
Cinabaris.	*s. s. s.* Stratum super Stratum.	Argentum viv.
C.C. Cornu cervi.		
Crucibulum.	Sublimatio.	♈ Aries.

Aqua

Aqua vitæ.
Atramentum.
Auripigmentum
Aurichalcum.
Bolus armena.
Borrax.
Calx.
S. Calcinare.
Camphora.
Capricornus.
Ceruſſa.
Cineres.
Cin. clavellati.
Cementare.
Cera.
Coagulare.
C. ♂. croc.Martis
crocus ♀.
Crucibulum.
Chriſtallus.
Digerere.
Deſtillare.
Farina laterum.
Filtrare.
Fixare.
Flores aëris.
Flores antimon.
Gemini.
Leo ſign. cœleſt.
Libra. ſig. cœleſ.
Lythargirium.
N. Lutare.
Lutum.
Magnes.
Magneſia.
Marcaſit.

Maſſa.
Mercurius Saturninus.
Minium.
Oleum.
Opoſitio
Piſces.
Putrificare.
Pulvis.
Purificare.
Realgar.
Retorta.
Sal Alcali.
Amoniacum.
Sal commu.
Sal gemmæ.
Sapo.
Soda.
Sagittarius ſign. cœleſt.
Scorp. ſig. cœleſt.
Sp. Spiritus.
Sublimare.
Sulphur.
Sulphur vivum.
Sulphur nigrū.
Sulphur Philoſophorum.
Talcum.
Tartarus.
Taurus ſig. ſol.
Trigonus.
Tutia.
Vinum V.
Vitriolum.
Vitriol album.
Vitriol cæruleū.
Vitrum.

Termini in operationibus ſeu præparationibus Medicamentorum uſuales ſunto.

ACuere. Quod denotat virtutem menſtrui, vel medicamenti intendere, ſive per purificationem, ùt ſub rectificatione Spiritûs vini, vel per additionem, ùt ſi Pilulis &c. ſtimulus addatur.

Alchoholiſare, eſt liquores ſpirituoſos ità dephlegmare, ut nullius aquæ admiſtæ indicium præbeant, vel quoſcunque pulveres in ſubtiliſſimum impalpabilem pollinem redigere.

Amalgamare, eſt mediante argento vivo metallum quodlibet in maſſam uniformem, quæ amalgama dicitur, corrodere.

Balneum, apud chemicos variam ſignificationem habet dicitúrque aliud Arenæ, Martis, cinerum, Mariæ vel Maris. Fit, ſi vas deſtillatorium in arena cineribus, aut Limatura martis pro regimi-

gimine callefactis collocetur. Balneum Mariæ vocant, si vas destillatorium, vel digestioni dicatum, aquæ ferventi immergatur. Vaporis denique, si idem tantùm vaporem aqueum excipiat, vel si corpora sudationi exponuntur.

Calcinare, est dura quælibet in calcem redigere, vel igne friabili reddere, fitque per ignem incinerando, urendo, reverberando, per argentum vivum, aut aquam fort. aut regiam rodendo.

Candisare, notat res quascunque sacharo cando obducere, maximè verò fructus, cortices, rad. nucleos.

Cementare, seu *stratificare*, est corpus metallicum cemento interlamellatim conspersum igne.

Circulare, est liquorem in duobus vasis sibi mutuo superpositis calore digerere, ut pro parte volatiliori elevetur, & quasi in circulum actus subtilior evadat.

Clarificare, est decocta, & succos depurare, quod fit tripliciter. 1. cum albumine ovi conquassando, & facta levi ebullitione despumando, aut colando. 2. per digestionem. 3. per filtrum.

Coagulare, denotat fluida quæque in solidas Massas, vel lenta crassamenta cogere, sive aditione alterius tertii, sive evaporatione vehiculi.

Cohobare, est repetitim destillare, si nempe abdestilletur liquor, & denuò corpori affundatur, sicque denuò distilletur.

Colare, est per colum trajicere, colum autem constituit pannus, linteum, Manica Hypocratis, reticulus &c.

Condire est radices, vel alia mollia corpora sive sacharo, sive melle involuta submergere.

Conficere, seu Confectare est sacharo obducere, vel incrustare.

Conquassare, est succulenta quæcunque, & recentia pistillo contundere.

Chrystalisare, est salia priùs soluta, & ad cuticulam cocta ope frigoris in sal solidum densare.

Decantare est, liquorem per vas inclinatum, ut à crassiori sedimento separetur, effundere.

Decrepitare est salia igne urere, donec non ampliùs strepitent.

Decupelare est salia, metalla &c. igne fluentia inclinatâ cupulâ effundere.

Deliquare est salia, mediante aqua ex aëre attracta dissolvere.

Despumare est, spumam de liquorum superficie, cochleari spatula, aut aliô idoneô instrumentô colligere.

Destillare est, vapores in vase clauso colligere, atque sic halituosum quodpiam frigore vas ambiente condensatum in recipiens

cogere, vasa destillatoria sunt vesica, cucurbita, alembicus, retorta, fit per moderamen caloris, per balneum roris, vel vaporis: *B.Mariæ.* cinerum: aut arenæ, per ignem apertum.

Detonare est, successivè in crucibulum, vel aliud vas ignitum mittendo, mediante tripla, aut quadrupla nitri portione remixta calcinare.

Digerere est, blando calore fota præparare, extrahere, depurare.

Insolare, est solis calore, vel alio ad gradum simili confovere.

Interpassare, est saculos medicatos, aut cucuphas filis traductis nendo firmare.

Levigare, est super Porphiritem materiam pulverisatam in subtilissimum pollinem redigere.

Limare, est res duras in scobem mediante lima comminuere, & discerpere.

Malaxare, est duriuscula quædam liquore appropriato sic emollire, ut digitis tractabilia evadant.

Menstruum est liquor proportionatus, & conveniens solvendis corporibus, éstque universalis, vel particularis, vel melius: est corpus, quod lege artis applicatum alteri mutua attractione illud dividit in minutas, imò minutissimas quidem partes, ità ut particulæ solventis inter partes divisas solutæ sint penitùs intermistæ, distinquuntur (licèt impropriè) in dura, vel solida, & fluida, nam quamdiu corpora talia sub forma dura consistunt, tam diu neutiquam agent ut menstrua (a)

Præcipitare, est solutum à cohæsione solventis liberare, sicque ex interstitiis menstrui in fundum pellere.

Præparare, est rem minutissimè levigare, aqua fragranti quadam imbuere, idem dicitur de radicibus nonnullis, quæ in aquis macerantur, & quasi siccantur.

Purificare, est à sordibus quocunque modô depurare.

Rectificare, est spiritus ablatione aquæ per destillationem puriores reddere.

Rafinare, idem est ac depurare, competit præcipuè sacharo.

Reverberare, est vi flammæ in furno reverberatorio cremare.

Separare, est heterogenæas res quocunque modô ab homogeneis disjungere.

Sigillare hermeticè, est vitri orificia fundendo claudere.

Stratificare, est metalla in laminas ducta per pulveres corrosivos faciendo in crucibulo stratum suprà stratum depurare, v. g. aurum per cœmentum regium, &c. & ab admistis heterogeneis liberare.

(a) Boerh. Elem. ch. I. c.

Sub-

Sublimare, eſt corpus quoddam volatile alteri minùs volatili adhærens, vi ignis ſurſum agere, & ſuperpoſito vaſe idoneo colligere.

Torrere,, eſt medicamenta in patella, vel ſartagine ferrea igni expoſita continuò agitare, ut humiditas abſumatur, ſic fit Rhab. toſtum.

Volatiſilare, eſt volatile reddere, id eſt à vinculis fixiorum, quorumcunque ope caloris liberare.

Fit perſæpe, ut ex ignorantia habitudinum, quæ ſunt inter menſtrua ſolventia, & corpora ſolvenda in præparationibus Receptorum varii errores comittantur; Medicique adeo, & ægri exſpectato ex pharmacorum applicatione ſalutari fine fruſtrentur. Tabulam ergo ſubjungimus ſequentem, ut uno quaſi intuitu ſolventia menſtrua cum appropriatis ſolubilibus, adeoque ſolventia cum ſolvendis innoteſcant.

- Menſtrua
  - Aquoſa ſpõte ſolvunt.
    - Sales ùt
      - Sales omnes minerales hucuſque cognitos.
      - Sales omnes notos alcalicos, volatiles, animales.
      - Sales alcalinos vegetabilium univerſos.
      - Genera quæcunque acidorum naturalium vegetabilium, & mineralium, item acida mineralia deſtillando producta.
      - Acida omnia fermentata, aceta, ſpiritus.
      - Sales compoſitos ex combinatione acidi cum alcali tam naturales, quàm artefactos.
      - Boracinos ſales omnes, licèt hìc majori copia aquæ; auctioríque calore opus ſit.
      - Sales eſſentiales è ſuccis vegetabilium quietè paratos.
      - Sales vegetabilium tartareos, tartarum ipſum, quem non vinum proprium, ſed aqua copioſa ebulliens ſolvit.
    - Salina ùt
      - Succos vegetabilium nativos ſaponaceos.
      - Succos plantarum concretos gummoſos ex aqua, oleo, ſale, & ſpiritu plantæ acuratiſſimè compoſitos.
      - Succos vegetabilium internos, qui per totam plantæ fabricam vitales circulantur.
      - Animalium ſuccos, pinguedine excepta.

Menstrua

- Sapones omnes.
  - factos ex oleo vegetabili preſſo, & ſale alcali vegetabili fixo cum ignea parte calcis vivæ coquendo, inſpiſſando &c.
  - de oleo ſtillatitio vegetabili, & alcali igneo de calce.
  - de oleo vegetabili ſtillatitio, & ſale alcali, volatili repetita deſtillatione.
  - cum ſale fixo, & oleo ſtillatitio.
- Metalla, & metallica cuncta quamdiu acido corrodente manent copulata.
- Oleoſa ſolvunt.
  - ſe ad invicem NB. ſed oportet ut ad omnes ſolutiones ſint rectificatiſſima, id eſt: frequenti cohobatione ab adhæreſcentibus aqua, ſpiritibus, mineralibus acidis, terra purgata.
  - omnia reſinoſa vera, quæ etiam aquâ ſolvuntur ſicut cætera ſulphura, ſi hæc alcali priùs fuerint imbuta.
  - Gummi reſinas, præter gummi amoniacum, quod aceto V. ſolvitur; myrrha vinô.
  - Olea omnia cocta, ſive dicantur balſama, lachrymæ colophoniæ.
  - Sulphura cocta, ſive naturalia, ſive artefacta.
  - Metalla nonnunquam, licèt hæc non propria, ſed acceſſoria virtute immiſti acidi mineralis, quô ſi careant, metalla non ſolvunt.
- Propriè ſpirituoſa Alhool ſolvit.
  - Aquam, à qua itidem in perfectam miſcellam ſolvitur.
  - Omnia vina cujuscunque generis.
  - Omnia ſpirituoſa fermentata acida, & ex his producta olea pura.
  - Omnes reſinas veras vegetabiles.
  - Gummi-reſinas pro magna parte.
  - Sales alcalinos puros volatiles.
  - Sales alcalinos fixos, puros, ſicciſſimos.
  - Sapones pleróſque maximè, qui oleô ſtillatitiô componuntur.
  - Sulphura, ſi priùs alcalinis operta fuerint.

Om-

- **Menstrua.**
  - **dicta alcalina fixa & volat. solvunt.**
    - Omnia concreta tam animalia, quàm fossilia, vel vegetabilia, quæ quocunque modô ex oleis concreverunt, balsamos resinas gummi resinas &c.
    - Omnia sulphura, sive pura, sive aliis nupta abscondita, sive aperta.
    - Omnia quæ mediante acido concreverunt, NB. cuncta ista aquæ, oleis, spiritibus in egregias Tincturas miscibilia reddunt.
  - **acida solvunt promptissimè.**
    - Alcali tam fixum, quàm volatile.
    - Omnia terrea, calcem, & calcaria, testas ovorum, lapides cancrorum, ossa, cornua, cæterásque duras partes animalium.
    - Cretam, & denique metallica cuncta, licèt non eodem modô.
    - **Vegetabilia**
      - **Fermentata, & non fermentata.**
        - Omnia priùs allata.
        - Zincum, & metalla licèt lentius.
    - **Mineralia.**
      - **Vitriolicum.**
        - Omnia metalla exceptô aurô, plumbum non nisì forti calore.
        - Mineralia, ùt regulum Antim. Mercurium, Cobaltum, &c.
      - **Nitri.**
        - Argentum, Mercurium, & plumbum solvit, & cum illis in crystallos concrescit, cum ferro, cupro, stanno autem deliquescit.
        - Omnia mineralia, regulum Antimon. præcipuè si adjuvetur acidô salis communis.
      - **Salis comm.**
        - Cum mercurio, argento, plumbo in siccitatem abit, cum cupro, ferro, & reg. antim. deliquescit.
        - Solvit facilè ferrum, cuprum, stannum, bismuthum difficilius, & non nisì concentratum; Merc. regul. Antim. nunquam ferè, nisì sub forma præcipitationis.

Menstrua-

Salina neutra s. media solvunt.
- Vegetabilia omnia fere, ex iisque, sicut & animalibus, resinosam mucidam partem etiam imbibunt.
- Oleosa quæque facilè domant, in sapones digerunt, magni in chemicis effectus & usus.

Salina composita.
- Si alcalia volatilia jungantur fixis alcalicis, volatilia actione ignis augentur v.g. ⊖✱ flores cum alcali, remisti & unà sublimati.
- Si fixa alcalina attrahant acidula vegetantia, mirificæ exsurgunt vires, ùt in terra foliata tartari abundè patet,
- Si alcalia volatilia junguntur acidio vegetabilibus, penetrantissima menstrua exhibent extractionibus tam resinosorum, quàm gummatum, & mucaginum animalium idonea, ùt si spiritus salis ammoniaci sextuplo aceti destillati misceatur, effervescentia peracta abstrahantur, &c.
- Si alcalia fixa adunentur acidis fossilium varii habentur sales, tartaro vitriolato non absimiles, quæ concrementa, & oleosa vapescentia promptè dissolvunt.
- Si alcalia tam volatilia, quàm fixa maritentur aquæ, & oleis quibuscunque, fiunt sapones optimi.
- Mixtura ex spiritu urinæ, & spiritu vini, spiritus minerales dulces, seu sulphur fixum è metallis præparatis extrahunt.
- Hepar sulphuris, & omnia metalla in subtilissimum pulverem discerpunt.
- Sacharum olea etiam destillata imbibit, aquæ (quàm aliàs ità aversantur) copulat.
- Therebintina resinas Hederæ Galbani Myrrhæ dissolvit.
- Vitellus ovi therebinthinam cum resinis Jalappæ, peruviana, aliisque oleis cogit.

Atque ex his desumunt futura.
- Si aquæ vitriolaceæ, aluminosæ jungantur, alcalia fixa tum enim secretum acidum concrescit cum alcali in salem tartaro vitriolato similem, imò pro acidi puritate, & à genio metallico distantia hoc puriorem.
- Si eidem acido fossili adnascantur sales alcalici volatiles, exsurgent hac miscellâ varii sales amoniacales, quos ad tartari vitriolati semivolatilis genium haud incongruè referre poteris.

Si

Si ſal amoniacus vulgaris miſceatur chalcanthô, habebitur ſub deſtillando (acidum enim fortiùs expellit debiliùs) Spiritus ſalis marini, tanquam altera ſalis amoniaci pars, ſupererit ſal, tartaro-vitriolato ſemivolatili haud diffor-mis, cũ maſſa metallica ſæpiùs ab expulſo ⌒ ſalis arroſa in novam ſalium ſpeciem degenerante.

Si alcali fixum purum ſaturetur perfectè ſpiritu acido ſalis marini, dat ſalem omni nota ferè marinum, conſimiliter ſi ſpiritu Nitri, Nitrum præſentat.

Atque ex his deſumunt. futura.

Si alcali purum volatile miſceatur ſpiritu ſalis marini præbet ſalem ammoniacum vulgarem, ſin ſpiritu nitri, aut aqua forti, dat nitrum ſemi-volatile.


Si alcali purus fixus combinetur muriæ marinæ, hæc turbatur, terram præcipitat, cryſtallos dat ſi arte tractetur.

Si addatur lixivio nitri albitudinem puram ipſi conciliat, terram præcipitat, nitrum omnium puriſſimum ſiſtit.

- . - Affuſus muriæ ſalis amoniaci arripit acidum marinum, cumque eo in ſalem marinum præcipitatur.

Sal alcali volatilis affuſus muriæ marinæ, turbat, depurat, quod idem in muria nitri facit.

Acida vegetantia affuſa ſali marino, nitrô fixô parum ea turbant, ſecus mineralia, ùt ſuprà dictum.



CAPUT VII.

De Supelectile chemica & vasis chemicis.

Cùm sinè idoneis instrumentis in chymia pharmaceutica nihil ritè præparari, nihil ritè confici possit, ea paucis attingere non incongruum duximus.

Varia autem sunt vasa, alia enim sunt ratione formæ, alia ratione materiæ, & alia ratione usûs.

Alembicus, germanicè Helm / vas est vitreum, stanneum, vel cupreum rostro oblongo gaudens, destinatur contegendis cucurbitis pro colligenda, & transmittenda materia destillanda, vel sublimanda. Unde alembici, vel aperti, qui destillationibus, vel cæci, qui sublimationibus, & digestionibus serviunt.

Appositorium, seu rostrum intermedium germ. Ein Vorstoß / est canalis vitreus, lamineus, vel figulinus cylindricus, vel conoideus una extremitate collo retortæ, altera excipulo adaptandus, nè candens retorta colli sui attactu facilè excipulum displodat, hinc sub validi, & aperti ignis actionem in usu est.

Crucibulum, vel tigillum, germ. ein Schmeltz-Tigel / est vas figulinum fortissimum, inferiùs angustum, superius magis amplum, figuræ triangularis, vel rotundæ, fundendo, vel calcinando dicatur.

Conus fusorius, germ. Gieß-Buckel / est vas aurichalceum, vel ferreum, coni figuram referens, destinatum infundendis fusionibus mineralium; dantur etiam alveoli infusorii ad eundem usum.

Cucurbitæ, germ. Kholben / sunt vasa vitrea, vel stannea, cucurbitæ vegetabilis forma fabrefacta, destillationibus, & sublimationibus ex capella dicata minima, germanicè vocantur, Scheyd-Khölbgen.

Manica Hyppocratis, est saccus laneus coni figuram referens, & colaturis liquidorum inserviens.

Mortarium, germ. ein Merschel / cum pistillo aurichalceum, ferreum, vitreum, lapideum est instrumentum, contundendis duris destinatum.

Ollæ Aludel dictæ, sunt vasa terrea plura sibi invicem per orificia secundùm altitudinem committenda, sublimationi florum mineralium inservientia, quorum officiū subinde præstat alembicus.

Pe-

Pelicanus, germ. ein Pelican/oder Circulir-Glaß/ eſt peculiare vas vitreum, quod olim ad circulationes applicabant, hodiedum in ejus locum duæ cucurbitæ ſibi invicem impoſitæ, vel meliùs ductu Kerkringii per alembicorum colla in ventrem alteriuscucurbitæ imiſſæ ſibi invicem adaptandæ ſubſtituuntur.

Phiolæ germ. Phiolen/ ſunt vaſa vitrea globoſa longo, & anguſto collo prædita, quæ digeſtionibus peragendis inſerviunt.

Recipiens, germ. Vorlage/ eſt vas, quod liquorem deſtillatum excipit, plerúmque ex vitro, aut terra figulina, eſt vel multarum menſurarum capax, vel mediocre, prius dicitur Matratium, poſterius cucurbita, ſeu excipulus.

Retortæ ſeu *Cornutæ*, germ Retorte/ ſunt rotunda vaſa in ſuperiori parte collô oblongô, & curvatô inſtructa, ut vaſis recipientibus poſſint inſinuari, materiam illis miniſtrat ferrum, vel argilla, ſi in igne aperto, vitrea ſi in arena ponuntur. Rerum fixiorum deſtillationi inſerviunt, dantur etiam aliæ retortæ tubulatæ, id eſt tubulo brevi cum operculo in ſuperiori ventris ſui parte inſtructæ, ſerviunt ſi materia per vices ingerenda eſt.

Veſica, germ. eine Blaſe/ eſt vas cupreum veſicam inflatam quodammodo referens, intus ſtannô obductum, uſum habet in deſtillatione ſpirituum ardentium, & vegetabilium.

Ex inſtrumentis huc pertinent 1. *circuli ferrei* ad vitra præſcindenda, 2. *cribra*, 3. *virgæ ferreæ* ad maſſas in crucibulo movendas, 4. *ſpathæ*, 5. *cochlearia ingeſtoria*, 6. *manus Hipocratis*, *forceps* pro tigillis igne eximendis, 7. *follis*, 8. *Pixis lignea* pro granulatione, 9. *filtratorium*, 10. *ſeparatorium* pro oleis, 11. *malleus*, *incus*, *helix*, *lima*, *ſerra*, 12. *rutabulum* pro cineribus extrahendis.

Materia, ex qua vaſa conflantur, ſunt metallum, terra, vitrum.

Metalla propter durabilitatem optimam quidem materiam præberent, niſì duplex vitium illa rejiceret. 1. Facilè enim ſalibus corroduntur ignitis, & 2. inquinant deſtillanda, hinc in determinatis tantùm aliquibus circumſtantiis adhibentur.

Vaſa vitrea uſus ſunt egregii, nihil enim addunt, nihil mutant, nihl demunt in contentis, nihil transmittunt per ſuos poros, præter ignem, hinc maximè adhibentur. Præfertur vitrum viride bohemum arenulis, bululiſque expers, rejicitur album cryſtallinum, niſì in opere alchymico.

Figulina vaſa de ficta, & coacta terra ad uſus chemicos parantur, ſed etiam hæc ſi ex argilla, aut pingui terra ſint, valido igne vitreſcunt, hinc præſtant, quæ ex terra magis macra præparata ſunt,

licèt, cùm ſint poroſa his viis aliquid ſalini elabatur atque tranſpiret, maximè ſi ſpiritus acidi per talia vaſa pellantur.

Uſum denique quod concernit, aquoſa, ſpiritus fermenteſcibiles optimè ex veſica cuprea deſtillantur.

Spiritus acidi vegetabiles ex ſtanneis, aut meliùs vitreis in excipulum tranſeunt.

Si ſalinos ſpiritus, aut alia ſalina conficere opportet, convenit id præſtare in vitreis.

Si ſummum ignem expoſcunt tractanda, fas eſt adhibere terrea vaſa loricata.

Ex cucurbitis per balneum cinerum fiunt deſtillationes eorum, quæ leni igne evaporabilia ſunt, ùt etiam digeſtiones commodè in his peragantur.

Sublimationes ex arena inſtituuntur, vel aliquando etiam ex aperto igne ùt flores antimonii.

Phiolæ uſurpantur in digeſtionibus valde volatilium.

Retortæ aſſumuntur in deſtillationibus fixiorum, tenacium.

Spiritus minerales per retortas terreas lutô firmatas ex aperto igne proliciuntur, ad quem uſum etiam ferreæ retortæ adhiberi poſſunt.

Si ex cucurbita fit deſtillatio, Alembicus cum ſua cucurbita, & vas recipiens cum roſtro alembici mediante luto conjungenda ſunt nè deſtillandi aliquid perdatur, idem intelligendum de retortis, & ſuis excipulis.

Salinas ſubſtantias conſultiùs eſt terere in mortario lapideo, quàm aurichalco, ſemper enim metus ſubeſt, ſi non providè tractentur, nè aliquid attrahant, & vomitus ſumenti cum aliis ſymptomatibus cauſent.

Virgas ferreas non conducit juſtô ſæpiùs ſubſuſſione in crucibulum immittere, minùs immerſas tenere.

Inter crucibula laudantur haſiaca, & ipſenſia, ſed cùm priora ſint arenoſa, poſteriora martialia, illa plumbo, hæc antimonio minùs reſiſtunt.

Super hæc ſunt vaſa lignea, quæ ſunt confecta ex ligno arido, non reſinoſo, optima ad ſales, ſalina, calces, calcinata recondenda, dummodo bene cuſtodiantur, mortaria, vel patinæ ligneæ comodè aſſumuntur pro terendis mercurialibus, & metallis cum aqua.

De Lutis.

Alia ſunt ſimplicia luta, ùt veſica farina cum aqua ſubacta lùtum ord. limus, alia compoſita ex argilla arena, bolo, battitura ferri,

ferri, oleo, sale, calce viva, & hæc sunt fortiora, quæ subtilissimis spiritibus transitum negant, alia debiliora, inter luta composita magni usûs est illud Boerhavii, quo usus est ad claudendas juncturas vasorum, scil.

℞. Farinæ lini ab olei expressione residuæ q. s.
Albuminis ovi conquassati. q. s.
misceantur in pastam.

Hoc lutô præfatus author juncturas firmavit, cùm ipsi aquosa, aut spirituosa pertractanda erant.

Quando ipsi fermentescibiles, salini, volatiles, alcalini spiritus destillandi erant, eandem pastam sed locò albuminis ovi, aqua subactam adhibuit.

In destillationibus acidorum vegetabilium spirituum vesica bubula aquâ nonnihil macerata, ut glutinescere incipiat, sufficit.

Ad acida fossilia sequens potest esse lutum.

℞. Colcotharis à destillatione ⊕li residui, & benè edulcorati, calcis vivæ partes æquales, mista cum albumine ovi conquassati, modicò redigantur in pastam, quæ paululum calefactis comissuris vasorum extemplo inducenda &c.

Nobis non videtur ultimum habere locum illud quod componitur ex portione calcis vivæ, & casei mollis recentis, sive coaguli lactis ab humido superfluo liberati cum justa portione minii, seu pollinis lythargyrii, cum hac pasta linteo superinducta non solùm junguntur exactissimè commissuræ, sed etiam servit pro conglutinandis fissuris adeo, ùt æquè vas tale usui cedat.

Luta pro loricandis, seu obducendis retortis.

℞. Argillæ p. II.
Fimi æquini p. I.
f. massa. hujus massæ part. x. cum scoriis ferri, vitri contus. aa. p. I. m. f. Massa. item

℞. Sabuli, scoriarum ferri, argillæ aa ℥ vi.
Fimi æquini.
Vitri contusi.
Salis comm. aa. ℥. iv. F. M.

Lutum pro juncturis retortarum muniendis in destillationibus spirituum corrosivis.

℞. Farinæ.
calcis vivæ q. p.
Subigantur in massam cum sufficienti quantitate albuminis ovi.
vel

℞. Limi lateritii cum arena fluviatili misti, & aqua subacti, quô obducantur vasa exsiccata, si in rimas abierit loricatura, obduratur iterum, postmodum conspergatur modicô oleô lini.
vel

℞. Terræ pinguis figulinæ.
Arenæ aa. q. s.
Conterantur in pollinem, subigantur in massam quæ accuratè permista non amplius lètescat, inter digitos tangentium, huic ultimò

adde calcis cementariæ, modicum misce in pastam, qua obducantur retortæ arenâ conspergendæ denuò, & siccandæ rimæ novo illitu claudendæ.

Pro rimis vitrorum.

℞. Boli armen. p. 1.
Lythargirii p. 11.
Subigantur albumine ovi in Massam f. consist.

Glauberus jubet, ut linteum albumine ovi madefactum circumfissuras ponatur, calcis vivæ pulvere conspergatur, & denuò linteum applicetur, & calcis vivæ inspersio quoties libuerit, iteretur.

De Furnis.

Furni sunt varii, alii sunt ratione materiæ ex ferro, ut portatiles varii generis, alii ex lateribus, modò crudis, ut ad nutum artificis scindi possint, modò coctis. Ratione figuræ sunt quadrati, ovales, turriti, aperti, occlusi, concamerati. Ratione usûs, universales, pluribus operationibus peragendis servientes, alii particulares, qui certis & paucis operationibus inserviunt.

Omnibus furnis communia sunt.

I. Cinerarium germ. Der Aschen-Herd pars scilicet inferior aperta capacitate varia, altitudinem tamen trium laterum vix superans, provisa, & aperto foramine das Aschen-Loch/ ut aërem admittat, cineresque recipiat, destinata, vocatur etiam cineritium.

II. Craticula, der Rost/ quæ est instrumentum chemicum, ex baccillis ferreis quadratis digitalis crassitudinis juxta se ità positis, ut semi-digitale majus vel minus spatium inter illos hiet, factum focis conficiendis carbonibus sustentandis, & aëri transmittendo.

III. Focus, germ. der Kohlen-Sack/Feuerstett ꝛc. est locus concavus immediatè cineritio, & craticulæ superstructus carbonibus continendis inserviens, differt altitudine in proportione alterius structuræ, plerumque 3. vel 4. lateres transversos altitudine æquat, incrustatur intus lutô, cæterùm versùs craticulam declivis fit, & propè ad hanc paulò angustior sensim ad superiora ampliatur.

IV. Cavitas, cui vesicam, capellam, vel vas destillatorium immitimus, dicitur laboratorium chemicum, sicque recipiendo cavitate sua adaptatur, ut inter suos parietes, & vasis exteriorem ambitum spatium restitet, quo mediante calor omni ex parte ambire queat, de se autem & furnos destillatorios, aut digestorios tantùm spectat.

V. Spiracula, seu rotunda foramina à superiori foci parte ad latera

tera vaſis oblique ad ſummam furni ſuperficiem directa quà aëri & calori exitum concedunt, atque huic moderando inſerviunt; plerumque numerum habent quaternarium, & ſimul ſerviunt ad ignis gradus acuratiùs moderandos, germ. Regiſter Lufft Löcher.

Sed non omnis ità conſtructus furnus bonus eſt, unde conditiones optimi aſſignantur ex Boerhavii chym. p. 884. 1. ſi eſt benè conformatus, ut calor omnis applicetur mutando, nec perdatur alio, quod obtinetur, ſi idem de ſolida conſtruitur materia, internáque ejus ſuperficies ſic dirrigatur, ut reflexio ab omni puncto focum faciat in loco, ubi vas continens locari ſolet. 2. ut pabulum conſumat lentè, quod habebitur, ſi juſta proportio inter focum, & cinerarium, ventilabrum, & eam in unum obſervatur, quod optimè ex judicio, & praxi cognoſci poteſt. 3. ut conſtans ſit gradus ignis, nec facilè diminutionem patiatur, aut augmentum.

Deſcriptio furnorum ſpecialis.

Furnus fuſorius, ſeu Anemius, germ. Wind-Offen / fuſioni metallorum, & ſalium, ſimul ac calcinationibus adhibetur, ſtructuram plerumque obtinet cylindricam (hodie optatur ovalis elypticus) ſed præſtat ut habeat focum longiorem figuræ pyramidalis, ut ſic ſuperior pars ſenſim anguſtior in rotundum foramen deſinat, cui pro libitu ad augendum ignem canalis ferreus imponi poteſt, huic addere ſolent tubum figulinum è tegulis fornificatis, aut etiam ex lateribus, aut ferreis laminis conſtructum altera parte ampliorem, anguſtiorem altera, atque in rotundum foramen deſinentem, quem horizontaliter poſitum anguſtiori orificio rectè cinerario tam undique claudendo adaptant, sicque faciunt, ut irruens in rarefactam cavitatem externus aër follium vehementiam ſi non ſuperet, certè imitetur.

Furnus reverberii, germ. Reverberir-Offen / dicitur ità, quia in hoc flamma repercutitur in omnem vaſorum circumferentiam ad deſtill. fuſiones, calcinationes, reverberationes, &c. hunc conſtruere varii modi ſunt, unus ſufficiat, quem deſcripſit Junckerus Hallenſis in conſpectu chymiæ: Præter partes generales ſupra oſtium foci, duo foramenta collocantur, his platta fulciens pro vaſis tenendis è limo ignem ferente imponatur, ità ut à lateribus furni tantùm diſtet, quantùm ſatis, ad flammas in ſuperiorem partem admittendas, huic iterum foramen quadratum ſeu oſtium, quod ordine tertium, & ſupremum eſt, & anterius adſtruitur, tandem fornix ædificatur foramine inſtructa, ut & augendi ignis gratiâ canalis ferreus.

Furnus veſicæ ab inſtrumento dicitur, & præter generalia ſic conſtructus eſſe debet, ut ejus laboratorium veſicam commodè excipere, atque ſuper focum ſuſtinere queat.

Furnus deſtillatorius igne aperto amplus eſſe debet, focóque ad ſex, ſeu octo pollices altus, cum duobus baculis rectis, vel curvis vas deſtillatorium ſuſtentaturis, deſuper furnus altiùs ſtructus, vel fornificatur, vel ſuperius lateribus planis, tegulíſque obtegitur, ità tamen, ut igni liberum maneat ſpatium circa vaſa, relictis etiam foramine pro collo vaſis educendo, & ſpiraculo fornicis.

Furnus cadmi, vel catinorum, (quem germ. Capellen Offen vocant) à vaſe, quod foco ſuperſtructum, ſic dictus, cui vel cineres, vel arena, vel limatura ferri induntur, ad recipiendum vas deſtillatorium, Catini autem fiunt ex argilla, vel quod meliùs, ex laminis ferreis, aut ferro fuſo, de cætero furni ſtructura eſt ſuprà deſcripta.

Balneum maris, eſt fumus, cujus foco capellam, vel ahenum cupreum imponunt, & antequam vas deſtillatorium adaptent, aquâ replent, & focô accensô, ut aqua ebulliat, deſtillant, vel digerunt, aquæ defectum novæ tepidæ affuſione compenſant. Sed NB. vaſa balneô maris immittenda inferius circulô plumbeô gravia reddi debent, nè ab aqua eleventur.

Balneum Vaporis, nuncupatur furnus capiens aquam in capella ſua ebullientem, ſimul verò tripodem altiorem, ſupra aquam vas continens materiam vapore aquæ deſtillandam, digerendam, vel mutandam ſuſtinentem, licèt ſubtiliſſimè deſtillet, leviſſimum tamen habet ignis gradum.

Furnulus ſtudioſorum Boerrhavii briſmatis figura formatur ex aſſerculis quernis, intus laminis ferreis, vel æneis obductis, ut lignum à calore aliquantum defendatur, conſtruitur ſequenti modo. Fit briſma ex aſſerculis ſicciſſimis quernis altum xiv. pollices, latum, novem, cavum, quadrata baſi, ad altitudinem à baſi pollicum quinque, adaptatur aſſerculus pollicem craſſus ex eodem ligno ad diviſionem furnuli in duas partes, ſuperiorem, inferiorémque, quarum prior quinque pollicum, altera octo altitudinem habeat, ut ſuperiori vaſa deſtillatoria commodè capi quæant. Diaphragma fumi, ſeu aſſerculus propoſitus perforatur foramine orbiculari diametro quinque pollicum, cui cavo fundus rotundus cucurbitæ aut retortæ immitti poſſit, præterea habet quatuor foramina pollicaria ut ignis ex foculo in ſuperiorem permeare queat, focus inſtruitur valva quinque pollices alta, novem lata, verſatili, magnitudinis accuratiſſimæ totius foci, quatuor foraminibus donata, ad præſtandam aëris in focum ventilationem, quæ foramina epiſtomiis rotun-

tundis providentur, ut illapſum aëris moderando inſervire valeat. Superior pars quatuor aſſeribus clauſa, ſed in eo latere, quòd portæ contiguum, exſcindatur foramen quadratum, ità ut unum latus habeat quatuor pollices cum dimidio in circumferentia hujus foraminis fiant crenæ ùt aſſeres duo, unus perforatur, alter impervius acuratè immitti, & ſic ſub digeſtionibus furnus clauſus, vel ſub deſtillatione per retortam foramen pro transmittendo collo apertum ſervetur, prout nempe inſtituenda eſt operatio. Superius oſtium hujus furni denique claudatur duabus valvis extra ſe verſatilibus, quorum uni inſcindatur foramen rotundum quinque pollicum, pro tranſitu cucurbitæ. Calefit hic furnus mediante teſta figulina quadrata tribus pedibus ſemidigiti altis innixa, cujus fundus planus latus teſtæ exterius, id eſt, in ſuperiori circumferentia 5. pollic. & dimidii, altitudo totius teſtæ eſto, à fundo furni ad marginem ſuperiorem trium digitorum cum dimidiato. Tum primò fundo teſtæ cineres cribrati inſperguntur ad altitudinem ſemi-digiti, vel quartæ partis pollicis, huic imponuntur prunæ undique candentes nec fumantes, prunæ hæ acuratè teguntur cinere cribrato, & 24. horis æqualem calorem corpori humano ferendum ſuſtinebunt; ídque quò plùs cineris inſpergitur, eò diutiùs, ſi major calor expetatur, etiam ad gradum 212. id eſt, ebulientis aquæ intendi poteſt.





CLASSIS PRIMA
DE
ACETIS COMPOSITIS
ET
SIMPLIC.

ACETUM APOPLECT.

℞. Radic. Angelic.
Leviſtici.
Enulæ.
Imperatoriæ.
Dictamni albi.
Zedoariæ.
Pimpinel. aa. Drach. ſex.
Contrajervæ unc. ſẽ.
Folior. Rutæ.
ſcordii.
Galegæ.
Serpilli aa. man. un.
Flor. Lavẽdulæ.mã. un. ſẽ.
Millefolii.
Sambuci.
Calendulæ aa. manip. ſem.
Myrrhæ Rubræ Drach. ſex.
Flor. Lilior. convall.unc. un.ſem.
Theriac. Andromach. unc. un.
Baccarum Juniper. manip. un.
Aceti Vini Libr. ſept.
Miſc. poſt aliquot dierum digeſtionem in B. M. in aceto prolecto infunde
Radic. Ireos Flor.
Flor. Liliorum Convall.
Lavendulæ.
Roſarum.
Tunicæ aa. Manip. un.
Caryophyllor. arom.
Cinnamom. aa. unc. ſem.
Nucum Moſchat.
Macis aa. Drach. un. ſem.

Ga-

Galangæ.
Styracis Cal.
Cardamomi
Santali Citrin.
Spicæ Indicæ aa. drach. un.
Concisa & contusa digerantur lege artis.

ACETUM BEZOARD. SEU THERIAC. PRAGENS.

℞. Radic. Chelid. Maj. unc. un. sem.
Angelicæ.
Ostrucii.
Gentianæ.
Bistortæ.
Valerianæ.
Pimpinellæ.
Dictamni albi.
Carlinæ.
Zedoariæ aa. Drach. un.
Plantag. Maj. Drach. un. sem.
Folior. Scordii.
Card. Bened.
Dictãni Cret. aa. Pug. duos
Cortic. & sem. Citri aa. Drach. un. sem.
Granor. Juniper. Drach. duas.
Nucleor. Nuc. Jugland. unc. duas
Santali Citrini Drach. sem.
Theriacæ Venet. Drach. sex.
Infundantur omnia in aceti Rutacei Libr. quatuor, atque sic in vitro benè clauso infusa digerantur, & demum decantentur usui servanda.

ACETUM PROPHYLACTICUM.

℞. Radic. Petasitidis uncias duas.
Angelicæ.
Zedoariæ aa. unc. un.
Folior. Rutæ hortensis unc. quat.
Melissæ.
Scabiosæ.
Flor. Calendulæ aa. unc. duas.
Nucum Juglandium immaturarum concisarum Libr. duas.
Pomorum Citri recentium concisorum Libr. un.
Concisis & contusis omnibus affundantur.
Aceti vini optimi libr. duodec.
Digerantur per noctem, manè fiat destillatio igne cinerum lento ad siccitatem ferè.

ACETUM RUTÆ COMPOSITUM.

℞. Summit. Rutæ Manip. tres.
Castor opt.
Assæ fœtidæ aa. drach. duas
Misc. infundantur per dies aliquot in aceti vini Libr. duab. & insolentur.

ACETUM SQUILLITICUM.

℞. Squill. marin. optimè purgatæ & in taleolas sectæ Libr. un.
Aceti vini optimi Libr. sex.
Misc. imponatur in lagenam benè clausam æstivo tempore per triginta dies & insolentur, tum aperto vase, totum percoletur usui servandum.

ACETA SIMPLICIA.

Acetum Calendulæ.
Lavendulæ.
Lythargirii.
Rosarum.

Rub. Idei.
Rutæ.
Sambuci.
Tunicæ Flor.
Vini destillat.
Violarum.

NOTA Iò. *Aceta hæc usualia parari possunt tam ex aceto vini per se, quàm destillato, quod meliùs conservationis causâ*

NOTA IIdò. *Acetum vini ex alembico, vel retorta vitrea satìs capaci destillandum est, abjecto phlegmate, ad melaginem usque, cavendo, nè empyreuma contrahat.*

IIItiò. *Herbæ & flores, quæ inservire debent infusioni non sint nimis recentes, neque humidi, sed leviùs siccati, aliàs aceta debilitantur, & faciliùs corrumpuntur. Neque acetum super speciebus relinquendũ est diutiùs, quia species ab aceto nimiùm arroduntur, ipsúmque acetũ & pelluciditate, & constantiâ durabilitatis privatur.*

IVtò. *De Aceto Violarum notandum venit illius coloris elegantiam variis adulterationibus procurari, ac præsertim pigmentô illô, quod vulgò Laccmus appellant. Dein mulierculæ existimant illud obtineri coloris elegantioris, si in vase stanneo infusionem peragant; sed reverà minùs tutum, minúsque salutare id videtur, quia acetum particulas saturninas facillimè extrabit, in aceto æquè nocivas, ac in vino per lythargirium dulcificato, de quo conferri queunt varii Authores, qui hac super re commentati sunt.*

CLASSIS II.

DE

AQUIS.

Tam compositis, quàm simplicibus, cum, & sinè vino, succis, & vinis.

NOTA Iò. *Ut aquæ cum vino destillandæ juxtà salubre monitum Berolinensium cum puro & vero spiritu fiant, non verò simili, qui ab extractionibus aliarum rerum abstractus fuit, nam peregrinis imbutus particulis immutat odorem, saporem, virtutémque totam medicamenti posterioris.*

IIdò. *In destillatione aquarum compositarum incidantur & contundantur species crassiusculè non nimìs comminutæ, nè sibi invicem compressiùs cohærentes pastam in fundo vasis efficiant, quò difficilior sit specierum extractio, & destillatio.*

IIItiò.

IIItò. *Regula generalis sit aquas has omnes destillandas potiùs esse ex vasis vitreis, quàm ullo alio vase, ignéque moderato, num verò ex balneo arenæ, Mariæ, vel vaporis id fieri debeat, teneritudo ingredientium, subtilitas partium spirituosarum & Medicorum ordinantium intentio id indicabunt.*

AQUA ACOVISTICA.

℞. Radic. Levistici.
Valerianæ aa unc. sem.
Herbæ Rorismarini.
Flor. Lavendulæ aa Manip. un.
Baccar. Lauri.
Castorei.
Camphoræ aa Drach. duas.
Spiritûs Juniperi. Libr. un.

Stent invicem mixta, donec spiritus probè sit essentia impregnatus, tunc

℞. Salis Armoniaci unc. sem.
Urinæ volatil. drach. duas.
Olei juniperi Drach. sem.

Probè invicem tritis affunde spiritum essentiâ suprà dictarum specierum impraegnatum, ac sic stent ad usum sinè destillatione.

AQUA ANGELICA: W. SEU INFUSUM.

℞. Cremor. Tart. Drach. duas.
Aquæ fontanæ unc. octo.

Coquantur ad remanent. unc. sex, in quibus clarificentur.

Mannæ Calabr. el. unc. duæ vel tres.

In ebullitione addatur

Succi Citr. rec. unc. sem. vel q. s.

Refrigescat & super cortices pomi citri unius exterioris coletur infusum, pro stimulo cui placet in ebullit addi potest.

Magist. Tart. purg. Drach sem. vel scrup. duo.

AQUA ANHALTINA SCHROEDERI.

℞. Therebinthinæ elect. libr. sem.
Thuris masculi, unc. unam.
Ligni Aloës Drach. tres.
Granorum Mastichis.
Caryophyllorum Aromat.
Nucis Moschatæ.
Cubebarum.
Cinnamomi aa Drach. sex.
Croci orientalis integri, drach. duas sem.
Seminis fœniculi.
Baccar lauri aa unc. sem.

Pulverisata infundantur in spiritûs vini libris quinque, digerantur per sex dies, dein destillentur ex Balneo Mariæ, & quod clarum est, separetur à turbido, & seorsim servetur.

NOTA Iò. *Aqua hæc aliàs etiam dicitur spiritus anhaltinus. Norimbergenses omiserunt crocum, & addiderunt flores anthos, ac radicem Galangæ; ligni Aloës etiam tantùm drachmas tres habent, quos nos contra Descriptionem Schrœderianam in hoc secuti sumus.*

II. *Hoc lignum Aloës alii habent mox ab initio compositioni admiscendum; Norimbergenses illud in fine addunt spiritui destillato, quod colorem aquæ hujus immutat, licèt odorem sic meliùs exaltet.*

III. *Præscribitur aqua hæc v. completa, id est, cum moschi granis quindecim, vel incompleta, quæ sinè moscho est, & hæc posterior ma-*

gis in usu est, cùm sexus fœmineus hodiedum moschata non facilè ferat; moschus addi solet aliàs ante destillationem in petia ligatus, & alembici rostro impositus, sed ex tempore semper nodulus talis injici potest, ac sufficiens fiet extractio.

IV. *Ludovici quidem existimat Aquam hanc multò compendiosiori methodo parari posse, dum aquæ apoplecticæ, aut serpilli compositæ, oleum succini, juniperi, therebinthinæ &c. instillatum huic spiritui æquipollere putat: Interea illam usu confirmatam servare placet.*

AQUA ANODYNA PRAGENSIS.

℞. Salis alcali, unc. quatuor.
Armoniaci, libr. ferm.
Lixivii sapon parat. ex cineribus & calce viva.
Spiritûs vini rectificati aa. libr. quatuor.
Flor. Lavendulæ, man. quat.
M. f. l. a. destillatio.

NOTA. *Pragensibus hæc aqua vindicatur, unde ad alios transiit. Destillatio fieri debet per cucurbitam, & alembicum vitreum, quia aliàs aggreditur vasa, ex quibus destillatio instituitur, ac ex cupro penes cœrulescit.*

AQUA APOPLECTICA LANGII CORRECTA.

Pharm. Aug. renov.

℞. Florum Primulæ veris.
Herbæ Majoranæ.
Rorismarini.
Ivæ artheticæ aa mãip. unum.
Radic. Calam. aromat.
Ireos.
Aristolochiæ rotundæ aa unc. un. sem.
Sem. Sileris montani.
Pœoniæ.
Fœniculi aa Drach. un.
Cubebarum.
Nucis moschatæ.
Caryophyllorum aa drach. tres
Cinnamomi.
Ligni Aloes, aa drach. duas.
Piperis longi.
Sagapeni.
Opopanacis.
Myrrhæ.
Gummi juniperi, aa drach. un.
Aquæ herbæ Paralyseos. (sem.
Salviæ.
Betonicæ, aa libr. un.
Flor. Tiliæ libr. un. sem.

Stent omnia mixta in infusione per dies octo, postea leni arenæ calore destillentur.

AQUA ARTHRITICA AUGUSTANORUM.

℞. Florum Chamæmeli.
Foliorum Pulegii.
Lavendulæ.
Majoranæ aa. unc. un.
Rorismari. unc. tres
Salviæ.
Chamæpytios
Myrrhæ optimæ, aa unc. duas.
Cinnamomi.
Caryophillorũ aa drach. duas.
Radic. Pœoniæ unc. sem.
Pyrethri.
Cyperi rotundi.
Ireos Illyricæ aa drach. un. sem.

Carda-

Cardamomi minoris.
Cubebarum aa drach. un.
Nucis moſchatæ, unc. ſem.

Infundantur in libris quatuor ſpiritûs vini rectificati, ſtentque in infuſione, probè vaſe clauſo per dies quatuordecim, poſteà deſtillentur in Balneo Mariæ.

NOTA. *Nonnulli Myrrham omittendam putant; aliàs plerique, imò & ipſe Zvvelfferus hanc deſcriptionem approbat, circa ipſum pondus ſpiritûs vini diſconveniunt aliqui, intereà peritiores Pharmacopæi facilè diſtingvunt, quantùm ſatis eſt illius aſſumere, aut potiùs vis in eo repoſita eſt, quantum oporteat deſtillare.*

AQUA ASTMATICA.

Pharm. Auguſt. renovat.

℞. Radic. Enulæ, unc. duas.
Ireos Florentin. unc. un. ſem.
Herbæ Hyſſopi.
Pulmonariæ
Salviæ hortenſis aa. Manip. un.
Seminis aniſi
Fœniculi.
cinnamomi acuti aa unc. ſem.
cardamomi drach. duas.
croci ſcrup. duos.
ſpiritûs vini libr. un.
aquæ ſcabioſæ
tuſſilaginis
Veronicæ aa libr. ſem.

Digerantur per triduum, poſtea deſtillentur in Balneo Mariæ.

AQUA AURANTIORUM CORTICUM.

℞. Corticum Aurantiorum recentium ab albedine mundatorum, libr. ſem.
vini boni libr. octo.

Infunde, digere, lege artis & deſtilla ad medietatem; ſerva uſui.

NOTA. *In communi aqua hæc quidem cum aqua tantùm deſtillata proſtat, nos tamen non inutilem judicamus hanc cum vino deſtillatam: Diſpenſatorium Brandenburgenſe cum ſpiritu vini aquam citri propoſuit, poſſet & illud cum corticibus aurantiorum fieri, ſed potiùs, ùt ipſi fatentur, eſt ſpiritus citri, vel aurantiorum non aqua.*

AQUA ſeu BALSAMUS EMBRYONUM.

℞. Nucis moſchatæ unc. tres ſem.
caryophyllorum.
cinnamomi
Zinziberis
Cubebarum
Granorum Paradiſi
Zedoariæ aa unc. duas.
Macis unc. un. ſem.
Galangæ Drach. ſex.
Croci Drach. duas.
Florum Tunicæ
Tiliæ aa libr. un.
Lavendulæ
Herbæ Salviæ
Carvi
Fœniculi aa unc. tres
Menthæ criſpæ.
Radic. Pæoniæ
Semin. ejuſdem
Viſci quercini decreſcente luna collecti, aa unc. duas.

Me-

Medullæ panis triticeæ adhuc à furno calentis libr. duas.

Incisa & contusa infundantur in vini generosi libris decem, in loco calido per viginti quatuor horas: dein affunde.

Aquæ Borraginis
Buglossæ aa libr. tres.
Florum liliorum convallium, libr. duas.
Fragorum libr. tres.

Facta per biduum digestione destillentur per Balneum Mariæ.

Nota. *Magnam non tantùm compositio prima passa est difficultatem, verùm etiam præsens adhuc experta est fatum simile. Conferatur Zwelfferus, & Pharmacopæa Augustana restituta. Adhucdum hodie, dum tam in pondere, quàm in ipsis ingredientibus variant authores; quidam omittunt crocum, & herbam carvi ob vim fors magis calefactivam & pellentem, alii tamen rursus superaddunt herbam Rorismarini, & aquam herbæ verbenæ. Nos per dempta, & superaddita non multum deesse, aut accrescere huic aquæ existimamus. Sunt tamen, qui cum vino sine aquis, hanc aquā parant, nos idipsum non approbamus, quoniam nimium spirituosa fit. Hanc Pharmacopœæ Augustanæ renovatæ descriptionem utpotè longiori ævo expertam secuti sumus.*

AQUA BENEDICTA SERPILLI.

℞. Herbæ serpilli cum floribus tempore matutino ante solis ortum luna decrescente collectæ unc. octo.
Chamomillæ Roman. unc. duas.
Saturejæ
Thymi aa unc. un.

Infundantur in vini Rhenani optimi libris octo, stent in infusione per aliquot dies; postea destillentur, in liquore destillato iterum infunde

Herbæ serpilli cum floribus unc. octo.
Cassiæ ligneæ unc. un.
Ligni aloes
Macis aa unc. sem.

Incide in particulas minimas, & post debitam digestionem denuò per Alembicum ex Balneo Mariæ destilla.

Descriptionis hujus Author Mynsicht est, quem passim omnes sequuntur.

AQUA BETULÆ COMPOSITA.

℞. Radic. Enul campanæ
Ononidis
Saxifragiæ aa unc. sem.
Flor. Genistæ
Sambuci
Folior. Melissæ aa Manip. sem.
Semin. cynosbatos unc. sem.
Nucleor. persicorum
Prunorum
cerasor. sylvestr. aa unc. un.
Ligni Nephritici drach. sex.

Incisa & contusa stent aliquot diebus in digestione cum

Vini optimi libr. duabus
Succi betulæ recent. libr. novem.
Fragor. recont. mensur. tribus.

Tan.

Tandem adde.
Therebithinæ Venetæ unc duas.
F. L. A. deſtillatio

AQUA CAPONIS COMPOSITA.

Pharm. Auguſt. renov.

℞. Caponem eviſceratum, atque depoſita pingvedine infruſta inciſum in olla vitreata probè occluſa, decoque in ſufficienti quantitate aquæ fontanæ, donec caro ab oſſibus ſeparetur, dein ad pultis formam caponem cum oſſibus contunde, cum brodio dilue, & per linteum mundum exprime, hinc

℞. Brodii per linteum colati libr. duas ſem.
Aquæ Borraginis
Bugloſſæ aa libr. un. ſé.
Florum Roſarum
Violarum
Bugloſſæ
Borraginis aa Drach. duas.
Cinnamomi electiſſimi, unc. un.

Deſtillentur in cucurbita vitrea S. A.

AQUA CARBUNCULI.

℞. Flor. Rorismarini
Lilior. convallium.
Violarum
Borraginis aa unc. tres.
Lavendulæ unc. un.
Herbæ majoranæ
Salviæ
Nucis moſchatæ
Macis
Zinziberis
Caryophillorum
Cinnamomi
Galangæ
Bacc. juniperi
Viſci quercini
Semin. pœoniæ aa unc. ſem.
cardamomi unc. un.
Vini malvatici
Aquæ roſarum
Fragorum
Lavendulæ aa libr. tres.

Fiat infuſio per octo dies in loco tepido, poſtea S. A. deſtillatio, liquori deſtillato ſplendoris ergò aliquot folia auri immergantur.

NOTA. *Quamvis & in hac Compoſitione multùm varient varii authores, dum ſunt, qui flores tunicæ alii Herbas betonicæ, ſpicæ, grana paradiſi, raſuram cornu cervi, & ſimilia ſuperaddunt, alii locò aquarum cordialium, purum vinum aſſumendum ſvadent.*

AQUA CARMINATIVA DORNCREYLII.

℞. Flor. chamomil. Romanæ manip. triginta ſex.
corticum aurantiorum exteriorum Drach. ſex.
Herbæ Abſynthii Pontici manip. ſem.
centauri minoris
Pulegii
Origani aa pug. un.
Seminis Anethi unc. duas.
Aniſi
Fœniculi aa unc. un.
carvi unc ſem.
cardui Benedicti Drach. duas.
Mariæ drach. ſex.

Incisa & contusa infundantur per octiduum, in aquæ chamomillæ libris quindecim, postea in Balneo Mariæ destillentur.

NOTA. *Alio nomine hanc aquam Author nuncupat Physagonam, & licèt ternam infusionem svadeat, Pharmacopœi nostri unicâ contenti sunt, nos tamen infusionem alteram cum floribus chamomillæ faciendam approbamus. Si quis cum vino paratam desideret, accipiat aquam chamomillæ compositam Pharmacopœæ Bateanæ.*

AQUA CINNAMOMI BUGLOSSATA.

℞. Aquæ Buglossæ libr. sex.
Flor. Violarum
Rosarum aa libr. duas.
Cinnamomi acuti, libr. unam.
cortic. radic. buglossæ unc. tres
Florum Borraginis.
Melissæ aa unc. un.

Incidenda misce, & post sufficientem digestionem destilla in Balneo Mariæ lege artis.

NOTA. *Descriptionis hujus Mynsichtus Author existit, sed species Diarrhod. Abbat. quæ aliàs ad unciam semis ingrediuntur, nos omittimus, cùm plurima illis insint, quæ huic aquæ nullam largiri possunt virtutem.*

AQUA CINNAMOMI CYDONIATA.

℞. Succi cydoniorum recent. expressi libr. tres.
cinnamomi electi unc. duas sem.

Fiat infusio per triduum, postea lege artis in Balneo Mariæ destillentur.

AQUA CINNAMOMI cum VINO.

℞. Cinnamomi acuti grosso modô contusi, libr. sem.
Vini albi generosi, libras octo.

Post sufficientem digestionem fiat destillatio ad medietatem ex Balneo Mariæ.

NOTA. *Solent aliàs etiam nonnulli spiritum vini cum vino albo addere, ut magis spirituosam aquam hanc consequantur, verùm si cum solo vino ad tertiam partem, aut medietatem destilletur, sat spirituosa evadit.*

AQUA CONFORTANS USUALIS.

℞. Aquæ cerasorum nigrorum.
Rosarum
Borraginis
Buglossæ
Florum Violarum
Tiliæ aa unc. sex.
cinnamomi optimi, unc. un. sem.
Margaritarum præparatarum scrup. duos.
coralliorum alborum, drach. un.
curnu cervi philosophicè præparati scrup. quatuor.
sachari perlati, unc. quinque.
M. Detur ad vitrum pro usu.

NOTA. *Dum præscribitur aquæ Confortativæ usitatæ v. g. unc. una, summantur de pulveribus scrupuli tres & grana duodecim, sicque proportionaliter ad majorem quantitatē aquarum, dosis pulverum pro rata multiplicanda.*

AQUA

AQUA CORDIALIS FRIGIDA HERCULIS SAXONIÆ.

℞. Succi Borraginis
Buglossæ
Melissæ
Acetosæ
Oxilapathi
Trinitatis
Bistortæ
Cyani florum
Limonum
Citri
Aceti vini aa Libr. unam.
Seminis Citri
Portulacæ
Florum Nymphææ alb.
Violarum
Terræ Sigillatæ strigensis.
Lemniæ aa Drach. tres.
Specierum Diatrion. Santal. Drach. duas.
Camphoræ, Drach. unam.
Infundantur species in succis per triduum, tum per alembicũ vitreum in Balneo Mariæ destillentur.

AQUA CORDIALIS TEMPERATA.

℞. Cinnamomi acutissimi, unc. tres drach. duas.
Corticum citri exteriorũ unc. sem.
Ligni Aloës optim. drach. duas
Santali citrin. unc. sem.
Seminis Ocymi Caryophyllati drach. tres.
Galangæ
Caryophyllorum
Macis
Nucis moschatæ aa drach. unam semis.
Cardamomi drach. tres.
Florum Lavendulæ drach. un.
Borraginis unc. tres.
Anthos unc. sem.
Croci Austriaci scrup. duos.
Typharum succulent. cornu Cervi junioris & recenter capti unc. quatuor.
Incisa & trita infundantur in
Vini generosi libris tribus
Succi pomorum redolentium è Rubo idæo aa libr. un.
Aquæ Borraginis
Buglossæ aa libr. duabus sem.
cerasorum nigrorũ
Melissæ aa libr. una.
In vase vitreo probè clauso, diebus octo, dein in Balneo Mariæ destillentur.

AQUA CORNU CERVI CITRATA.

℞. Typharum cervi grossorum, & recentium unc. sex.
Pomorum citri recentium cum corticibus & semine incisor. Numero sex.
Herbæ recent. Melissæ
Scordii
Cardui Bened. aa. unc. tres.
Infundantur incisa in
Vini generosi
Aquæ fontanæ aa. libr. sex.
Et per Alembicum in Balneo Mariæ fiat statim destillatio.

AQUA EPILEPTICA LANGII.

℞. Florum Liliorum convallium recentium manip. duodec.

 La-

Lavendulæ unc. unam.
Rorismarini
Tiliæ
Stœchadis aa unc. ſem.
Cinnamomi acuti drach. ſex.
Nucis moſchatæ unc. ſem.
Piperis longi
cubebarum aa drach. duas.
Viſci querni
Radic. Pœoniæ
Dictamni noſtratis aa. unc. ſem.
Infundantur in vini generoſi menſura una ſemis, per octidu-um, poſteà deſtillentur.

AQUA EPILEPTICA PUEROR.

℞. Aquæ Ceraſor. nigrorum.
Florum Tiliæ
Pœoniæ
Paralyſeos aa unc. octo.
Sacchari perlati unc. quatuor.
M. Servetur uſui.

AQUA FOETIDA PRAGENSIS.

℞. Gummi Galbani
Aſæ fœtidæ aa unc. tres.
Myrrhæ electæ.
Radic. Pœoniæ aa unc. ſem.
Dictāni albi drach. duas.
Leviſtici unc. ſem.
Zedoariæ drach. tres.
Herbæ Matricariæ
Arthemiſiæ
Menthæ criſpæ aa Manip. unum
Rutæ manip. duos.
Flor. Chamomillæ
Sambuci
Anthos
Liliorum convallium.
Primulæ veris aa Manip. ſem.
Seminis Pœoniæ
Sileris montani aa unc ſem.
Cinnamomi acuti drach. tres.
Galangæ minoris unc. tres.
Cubebarum
Macis aa drach. duas.
Caſtorei moſcovitici unc. duas.
Inciſa & contuſa groſsô modô infundantur in vini albi generoſi libr. decem, Aquæ Matricariæ libr. duabus, dein L. A. deſtillentur ex Balneo Mariæ.

AQUA FORTIS.

℞. Vitrioli calcinati libr. duas.
Nitri optimi probè exſiccati libr. un.
Tere ſimul & miſce exactè deſtilla L. A. ex retorta, igne aperto per gradus.

AQUA ad GONORRHÆAM QUERCETANI.

℞. Radic. Ireos florentinæ
Foliorum dictamni cretici
Menthæ ſiccæ aa unc un.
Seminis Agni caſti.
Rutæ
Lactucæ aa drach. ſex
Therebinthinæ claræ unc. viginti.
Vini albi libr. ſex.
Contuſione & infuſione peracta in organis vitreis fiat lege artis deſtillatio.

AQUA

AQUA HIRUNDINUM, sinè CASTOREO.

℞. Hirundinum pullorum infrusta dissectorum, No. viginti quatuor.
Visci querni, unc. tres.
Seminis Pœoniæ excorticati unc. un.
Radicum ejusdem, unc. duas.
Aquæ flor. liliorum convall.
Sambuci
Pœoniæ
Tiliæ aa mens. unã.
Stent in infusione locô calidô per horas viginti quatuor, deinde destillentur per Balneum Mariæ.

AQUA HIRUNDINUM, cum CASTOREO.

℞. Hirundinum juniorum infrusta dissectorum Num. quadragint.
Fol. rutæ recent. manip. duos.
Castorei unc. un.
Vini albi libr. octo.
Destillentur in Balneo Mariæ, ùt artis est.

AQUA HYPNOTICA MYNSICHTI.

℞. Semin. Papaveris alb. & nigri. aa unc. octo.
Melonum excorticat.
Anethi
Anisi aa unc. un.
Amygdalar. amarar. unc. duas.
Radic. Glycyrrhizæ
Nucis moschatæ aa unc. un. sem.
Cardamomi minoris
Macis aa unc. un. sem.
Croci orientalis
Florum papaveris erratic.
Violarum aa drach. unam.
Incidantur, contundantur, & in aquæ Lactucæ libr. tribus.
Rosarum rubrarum.
Nymphææ aa Libr. duabus.
Portulacæ
Endiviæ aa libr. una.
Mixta digerantur in loco calido per biduum aut triduum, postea in Balneo Mariæ destillentur.

AQUA HYSTERICA QUERCETANI.

℞. Succor. depur.
Herbæ Matricariæ
Mercurialis aa libr. un.
Nucis moschat.
Cinnamomi
Ligni aloës
Macis aa. unc. sem.
Flor. Anthos
Salviæ aa pug. duos.
Castorei drach. sex.
Fœculæ Bryoniæ unc. sem.
Vini albi generosi, libr. un. sẽ.
Digerantur per tres aut quatuor dies, dein destillentur per Balneum vaporosum ferventissimum, fiat aqua pro hystericis omnibus affectibus.

AQUA LAVENDULÆ cum VINO.

℞. Herbæ Lavendulæ cum Floribus, quantum placet.
Affunde vini albi generosi ad eminentiã triũ v. quatuor digitorũ seu quantum sufficit. Di-

Digere per aliquot dies, & L. A. fiat deſtillatio per Balneum Mariæ ad duas tertias.

Nota. *Hac methodo deſtillantur omnes aquæ herbarum, & florum cum vino infuſæ, & qualitas harum aquarum non tam dependet à quantitate liquoris, cui infunditur, quàm à proportione quanti, quod abinde deſtillando abſtrahitur.*

AQUA LAXATIVA WIENNENSIS.

℞. Foliorum ſennæ ſinè ſtipitib9 unc. tres.
Paſſularum minor, unc. un. ſem.
Radicum Polypodii quercini, drach. tres.
Seminis coriandri drach. duas.
Cremoris Tartari unc. ſem.

Miſceantur, & decoquantur cum aquæ fontanæ ſufficienti quantitate ad libras duas, colaturæ poſt fortem expreſſionem addantur.

Mannæ Calabr. elect. unc. octo. Colata & lege artis clarificata ſervetur uſui.

AQUÆ PRO LIQVORE PECTOR.

Has aquas ſeorſim dum præſcribi contingit, ſinè ſulphuratis, & pulveribus ſumendas eſſe intelligitur, aquas verò ipſas deſcriptio liquoris pectoralis Mynſichti recenſet.

Vide ſuô locô, ubi de liquore pectorali.

AQUA MASTICHINA.

℞. Maſtiches elect. unc. quatuor.
Macis unc. duas.
Caryophillorum unc. un.
Cinnamomi acuti unc. ſem.

Pulveriſentur omnia & commiſceantur, deinde affundantur illis.

Vini albi generoſi libr. quatuor.

Stent in infuſione per triduum, poſteà deſtillentur in arena igne lento.

AQUA MELISSÆ cum VINO.

Aqua hæc parari poteſt utì aqua Lavendulæ, vel utì aqua liliorum convallium cum vino, & ſic de reliquis aquis cum vino infuſis procedendum, obſervando cautelam ſuperiùs expoſitam.

AQUA MELISSÆ COMPOSITA vel L'EAU DES CARMES.

UTI PARISIIS CONSTAT.

℞. Folior. Meliſſæ, manip. ſex.
Cortic. extern. citri ſiccat.
Nucum moſchatarum.
Seminis Coriandri aa unc. un.
Caryophillorum
Cinnamomi aa unc. ſem.

Conciſa & contuſa infunde per duas, aut tres dies in

Vini albi generoſi lib. duab.
Cremati Gallici optim libr. ſem.

M. fiat deſtillatio ex MB.

ALIA

ALIA UTI PRAGÆ APUD CARMELITAS IN PARVA PARTE PARARI FERTUR.

℞. Herbæ recent. Meliſſæ citratæ Manip. octo.
Seminis Aniſi
Fœniculi aa Manip. un.
Infunde in Vini albi libr. octo.
Cremati Gallici libr. Sedecim.
Poſt triduanam digeſtionem deſtilla ex MB. in ſpiritu prolecto demum infunde.

℞. Herbæ recent. Meliſſæ hortenſis Manip. ſex.
Menthæ
Baſiliconis aa Manip. un.
Seminis Aniſi unc. un.
Coriandri Manip. quinque.
Fœniculi drach. ſex.
Cortic. citri recent. Pomor. Num. octo.
Caryophyllorum unc. ſem.
Nucum Moſchat. unc. un.
Balſam. Peruviani unc. ſem.
Aquæ Cinnamom. C. V. libr. un.
Eſſentiæ de Cedro drach. duas.
Digerantur omnia per octo dies, ac deſtilla ex Balneo Mariæ.

AQUA MENTHÆ CUM VINO.

Pari modo cum prioribus paratur, æquè ad ſimiles effectus, vires enim à qualitatibus herbæ depromuntur.

AQUA MERCURIALIS PHAGADÆNICA AUGUSTANORUM.

℞. Ceruſſæ Venetæ unc. duas.
Aluminis crudi unc. un. ſem.
Salis Nitri
Amoniaci aa drach. duas.
Lythargirii
Mercurii ſublim. aa. unc. un.
Zinziberis drach. un. ſem.
Aquæ ſolani
Plantaginis
Roſarum alb. aa unc. tres.
Centinodiæ unc. quatuor.
Aceti acerrimi libr. unam.
Miſce & bulliant parum, ſerventur in vitro ſinè colatura.

Nota. *Cùm Aqua centinodiæ in noſtris Pharmacopœis non extet, loco illius aquam Nymphææ, vel Plantaginis, aliámve ſubſtituendam cum Viennenſibus conſentimus.*

AQUA ODONTALGICA PARISIENSIS vel L'EAU POUR LES DENTS.

℞. Aquæ cochleariæ.
Roſarum
Spiritûs cochleariæ aa Libr. tres.
Caryophyllorum
Cinnamomi aa drach. unam.
Aluminis uſti unc. ſem.
Granorum Kermes drach. ſem.
M. digerantur ſimul, poſteà filtrentur, & Tinctura clara ſervetur uſui.

AQUA PHYSOGONA AUGUSTANORUM.

℞. Seminis Anisi libr. duas.
Dauci sylvestr. unc. un.
Cinnamomi acutissimi unc. duas.
Nucis moschatæ
Macis
Galangæ
Caryophyllorum aa drach. duas.

Trita infundatur in vini generosi mensuris quatuor per biduum, aut triduum in loco calente, dein destillentur lege artis.

AQUA PULMONUM VITULI.

℞. Interiora vituli, cor scilicet, pulmones, hepar: eáque deposita pinguedine, & exemptis probè venulis minutim conscinde, posteà adde
Radicis Consolidæ Maj. unc. quatuor.
Herbæ Pulmonariæ
Sanguisorbæ
Hyssopi
Veronicæ
Salviæ
Agrimoniæ aa unc. sem.
Affunde earundem Aquam q. s. & decoque in olla vitreata nova cooperta.

℞. Prodii cum toto libr. tres.
Aquæ Borraginis
Buglossæ
Rosarum aa libr. unam.
Specier. Diamargarit. frigid.
Radic. Pimpinellæ
Cinnamomi acerrimi aa unc. un.
Quatuor semin. frigid. major. aa drach. duas.
Florum Cordial. aa Drach. unam.
Mixta, & Balneô Mariæ per Alembicum destillentur.

AQUA REGIA.

℞. Aquæ fortis communis unc. quatuor.
Salis armoniaci unc. unam.
Misce simul, donec omne sal Armoniacum dissolutum sit, servetur in vitro arctissimè clauso.

AQUA REGINÆ HUNGARIÆ

Dimidiam cucurbitæ vitreæ vel fictilis partem floribus Roris-marini, dum maximè vigent, collectis repleto: his spiritum vini ità, ut commodè macerentur flores, affunde: Balneo Mariæ cucurbitam impone, eáque capitellô unà cum excipulo suo obtecta accuratè commissuras lutô agglutina, subtúsque per tres dies digestionis ignem adhibeto, quibus præteritis lutum deme, destillatúmque liquorem in cucurbitam effunde, alembicum iterum accomodato, ignémque augendo satis validè, ut exstillet liquor guttatim, ità ut gutta una mox aliam sequatur, cúmque tertias partes ejus extraxeris, vel circiter, ignem subtrahito, vasa refrigescere relinque, reperies in excipulo optimã Reginæ Hungariæ

riæ aquam, aquam in probè obturata phiala ſervabis.

AQUA REGIS FERDINANDI ex NITRO.

℞. Salis nitri libr. ſex.
Affundantur
Aquæ pluvialis libr. duodecim.
Et deſtillentur in Balneo Mariæ per alembicum vitreum. *Ità Viennenſes.*

AQUA THERIACALIS BEZOARTICA.

℞. Radic. Tormentillæ
Gentianæ
Dictamni albi aa unc. duas.
Vincetoxici
Carlinæ unc. aa duas ſem.
Petaſitidis
Oſtrutii
Angelicæ
Zedoariæ
Cortic. Citri aa unc. tres.
Median ſambuc. recet.
Fraxin. recent. aa Manip. tres.
Baccar. juniper. recent. libr. unam.
Foliorum Dictamni cretici.
Scordii noſtratis.
Chamædryos aa unc. unam.
Santali Citrin. drachm. tres.
Ligni Rhodii drach. duas.
Inciſis & contuſis addantur
Theriacæ Andromach. unc. duæ.
Mithridatii Damocratis unc. una.
Succi nucum jugland. immaturarum.
Limonum
Acetoſæ
Pimpinellæ aa libr. una. ſem.
Cardui benedicti.
Succi Scordii noſtratis
Rutæ aa libr. una.
Scabioſæ
Hederæ terreſtris
Calendulæ
Meliſſæ hortenſis aa unc. octo.
Chelidonii
Galegæ
Aceti de Rub Idœo.
Sambucini
Roſati aa unc. quatuor.
Rutacei libr. una.
Poſt triduanam digeſtionem lento balnei calore liquor evocetur, in cujus media parte ſuſpendatur Camphoræ in nodulo ſerico ligatæ drachma una, altera verò pars pro iis, qui camphoram non ferunt, aſſervetur.

AQUA è TYPHIS CERVORUM.

℞. Cornua cervi novella, adhuc ſucculenta conſcindantur in fruſtula, & in balneo Mariæ cum pauco vino generoſo deſtillentur. Aqua prolecta ſervetur uſui.

AQUA VITÆ OFFICINALIS.

℞. Cinnamomi acerrimi
Nucis moſchatæ
Macis
Caryophillorum

Gra-

Granorum paradiſi
Cubebarum aa unc. duas.
cardamomi unc. un. ſem.
Galangæ drach. ſex.
Zedoariæ unc. ſem.

Pulveriſentur omnia ſeorſim, permiſceantúrque, hinc adde

Folior. Salviæ
Menthæ criſpæ
Meliſſæ aa manip. unũ.

Affunde vini generoſi libras duodecim, maceráque vaſe clauſo per dies quatuordecim, poſtea deſtillentur in Balneo Mariæ.

AQUA ſeu ELIXIR VITÆ MATHIOLI.

℞. Cinnamomi drach. decem.
Zinziberis drach. quinque.
Santali citrini unc. un. ſem.
Zedoariæ drach. quinque.
caryophillorum
Galangæ
Nucis moſchat. aa drach. tres.
Macis drach. duas.
Ligni Aloës
cubebarum aa drach. unam.
cardamomi utriuſq; aa drach. tres ſem.
Semin. Melanthii drach. tres.
Aniſi
Fœniculi
Paſtinacæ ſylveſtris.
Ocymi
Radic. Angelicæ
caryophillatæ
calami odorati
Phu minoris
Folior. Sclareæ
Thymi
calaminthæ
Pulegii
Menthæ
Serpilli
Amarici aa drach. duas
Flor. Roſarum Rubrarum drach. tres ſem.
Salviæ
Betonicæ
Rorismarini
Stœchadis
Bugloſſæ
Borraginis aa drach. un. ſem.
Corticũ citri drach. tres.

Inciſa & contrita macerentur in libris duodecim ſpiritûs vini rectificati per quindecim dies, poſteà deſtillentur, & in prolecto liquore infundantur.

Santali citrin. drach. duæ ſem.
Ambræ Gryſeæ
Moſchi orientalis aa drach. ſẽ.
Poſt filtrationem addendo
Julepi roſarum libr. unam.

AQUA ZEDOARIÆ.

℞. Zedoariæ libr. unam.
Infunde in vini albi generoſi libris ſex.
Spiritûs frumenti libr. quatuor.

Stent per noctem in digeſtione, poſtea deſtillentur ex arena LA. ad libras ſex vel quinque.

DE AQUIS DESTILLATIS SIMPLICIBUS

METHODUS DESTILLANDI AQUAS.

Ex Herbis aut Floribus Aromaticis & Odoriferis.

℞. Plantas, quas lubet, recentes (Fol. Flores) mundatis illis

illis benè & diſcerptis groſsè, affunde pro qualibet libra plantarum, libras circiter quatuor aquæ communis, deſtilla l. a. ex organis vitreis, & prolice liquoris libram unam.

NOTA. *Cùm nonnulli flores odoriferi, & herbæ, per ſe ſint ſubinde multùm ſuccoſæ, ex eorum ſucco expreſſo deſtillari poteſt liquor ſinè additione alterius aquæ, & tales appellantur aquæ eſſentiales, talem aquam cum conſervatione odoris, ſaporis, coloris prætendunt Chymicophili obtineri, ſi herbæ flores recenter decerpti, ac in lagenam vitream, vel ſtanneam concluſi, immittantur in profundum putei, ubi ùt dicunt, igne frigido reſolvuntur in liquamen, cujus liquor ſupernatans ſapore, colore, odore refert, H. flores priſtinos, ac vel per ſe adhibendus, vel deſtillationi ulteriori ſubjiciendus totam eſſentiam plantæ vel florum aſſumptorum exhibere dicitur.*

Sequentes aquæ ſimplices absque omni empyrevmate quotannis recenter paratæ oportet, ut in omnibus Pharmacopœis Pragenſibus reperiantur, videlicet:

Aqua Abrotani
Abſynthii
Acaciæ florum
Acetoſæ
Acetoſellæ
Agrimoniæ
Alkekengi
Anethi
Angelicæ
Aniſi
Aquilegiæ
Arthemiſiæ
Aqua Aurantior cortic.
Bardanæ
Baſilicon
Betonicæ
Betulæ ſ.
Borraginis flor.
Bugloſſæ flor.
Calcis vivæ
Calendulæ
Cardui Bened.
Mariæ
carvi
centauri min.
ceraſor. nigr.
chamomill. Roman.
chærefolii
chamœpyteos
chelidoniæ
cheyri flor.
cychory
Cortycum citri
ex toto citro
cochleariæ
conſolid. Reg. vel calcatrip.
cyani flor.
Ebuli
Endiviæ
Enulæ
Evphraſiæ
Fabar. flor.
Farfaræ
Florum omnium
Fœniculi
Fragorum
Fumariæ
Galegæ
Hederæ terreſt.
Hyſſopi
Juniperi baccar.
Lactucæ
Lavendulæ
Leviſtici

Aqua Liliorum albor.
convall.
Lupuli
Majoranæ
Malvæ
Matricariæ
Meliloti
Meliſſæ
Mellis
Menthæ criſpæ
Mercurialis
Milleſolii
Naphæ
Nivis Martial.
Nimphææ flor.
Ononidis
Origani
Papav. errat.
Perſicor. flor.
Petroſelini
Pimpinellæ
Plantaginis
Pluvialis tonitrual.
Pœoniæ flor.
Primulæ veris.
Prunellæ
Pulegii
Quercûs folior.
Raphani
Roris majalis
Marini
Roſar. albar. (rubr.)
Rubi Idæi
Rutæ hortens.
Salviæ
Sambuci flor.
Saxifragiæ
Scabioſæ
Scordii
Scorzoneræ
Sedi ſeu ſemperviv. maj.
Seri Lactis
Serpilli

Aqua Solani
Spermatis ranar.
Tanaceti
Taraxacon.
Tiliæ flor.
Tormentill.
Tunic. flor.
Urticæ
Verbenæ
Veronicæ
Vincetoxici
Violar. flor.
Vitis lachrym.

SUCCI in PHARMACOPOEIS NOSTRIS in FUTURUM USUALES ERUNT.

Succus Acetoſellæ
Berberum
Cytri
Cydoniorum
Fragorum
Granatorum
Mororum
Myrtillorum
Pomorum redolentiũ
Ribium
Rubi Idæi
De ſpina cervina

NOTA. *Qui omnes ſtato tempore, mediante expreſſione, depuratione, filtratione, & conſervatione Olei amygdalarum dulcium ſupernatantis parantur, quamvis & alii ſucci corruptioni, ſi aſſerventur, obnoxii, ex recentibus à perito mox parari poſſint.*

VINA ORDINARIA.

Vinum Cydoniorum
Granatorum acidorũ
dulcium.
Ri-

Ribium
Rubi Idæi.

NOTA. *Ubi ad ſucci libram unam ob diverſitatem ſumuntur ſacchari uncia una, aut duæ, ut inde, lege artis, ſic dictum vinum emergat, quod oleô amigdalarum dulcium conſervatur. Quorum ſuccorum, & vinorum virtutes ingredientum ſpecies æmulantur.*

CLASSIS III.

DE BALSAMIS.

BALSAMUS APOPLECTICUS.

℞. Olei Nuciſtæ expreſſ. & colat. unc. un.
Anthos
caryophillorum
cinnamomi aa ſcrup. un.
Lavendulæ
Ligni Rhodi
Majoranæ
Rutæ
Succini aa ſcrup. ſem.
Balſami indici nigri drach. un. ſem.

M. c. ſ. q. Fuliginis ſuccini, vel Bolet. cervin. f. l. A. Balſamus.

NOTA. *Si quis completum deſideret, addantur Zibethum, Moſcus & Ambra, & ſic intentioni ſatisfiet.*

BALSAMUS ARCÆI,

℞. Sevi Cervini unc. octo.
Therebinthinæ claræ
Gummi Elemi aa unc. ſex.
Axungiæ porcinæ uncias quatuor.

Miſceantur exactè, & F. L. A. Balſamus.

BALSAMUS BURRHY.

℞. Picis navalis.
Reſinæ alb. aa unc. duas.
Mirrh. rubr. unc. unam.
Gummi Galbani
Olibani aa unc. ſem.
Storacis opt. unc. quatuor.
Benzoës unc. ſem.
Pulveriſata M. & affunde
Olei olivarum libr. ſem.

Coque lento & cauto igne, dein immiſce lentè & per vices.
Gummi Arabici in vin. ſolut. unc. unam ſem.
Et ſucceſſivè etiam.
Sanguinis draconis unc. ſem.
caryophillor. aa. drach. ſem.
ceræ virgin. libr. ſem.
Olei laurin. unc. ſem.

Coque ad conſiſtentiam aliquam, ac per linteolum filtratis iterum adde.
Olei Therebith. unc. ſem.
Rorismarini drach. duas.
Jaſmini unc. un. ſem.

Majoranæ.
Rutæ aa unc. ſem.
Nucis moſchat. expreſſ. unc. un. ſem.

Coque iterum igne lento, & ſub finem adde.

Balſami Indici ingr.
Opobalſami veri aa unc. unam.
Olei Lavendul. drach. duas.
Spicæ. drach. ſex.

Et ſi completum deſideras, adde etiam

Moſchi & Zibethi aa ſcrup ſem

Quæ ſolvi queunt in oleis mox dictis M. F. L. A. Balſam. ſervetur uſui.

Nota. *Balſamus hic aliàs etiam dicitur Innocentii XI. in ſicco, in Sileſia appellatur* **Der Liebenthalerische Balsam.** *Adſcribitur famoſo Burrho Innocentii XI. captivo, & hinc inde variæ ejus deſcriptiones circumferuntur. Excell. D. C. G. Reusnerus etiam in Eph. Nat. Curioſ. Cent. VI. obſerv. XXXI. pag. 258. aliquam ejus compoſitionem divulgavit, in qua Axungias nonnullas commemorat, quarum nullam nos in ulla deſcriptione vidimus: De cætero pleræqae cum noſtra conveniunt, niſi quod hinc inde differentia ſit in doſibus ingredientium. Methodus aliàs præparandi hunc balſamum in arte peritis aliunde nota eſt, nempe quid priùs, quid poſteriùs immiſcere oporteat. Nos ſecuti ſumus methodum, prout nobis communicata eſt, & hocce modo Virgines Moniales Liebenthalii, ac Balneatorem loci nomine Vulter balſ. hunc parare, non infundatè nobis aſſeveratum eſt. Hoc ſpecialiter obſervandum, quòd ſub additione Balſami Indici, & Opobalſami omnis pix, & reſina facilè ex eo ſecedant. De cætero eò annitendum eſt, ut tam odor oleorum Balſamicorum conſervetur, quàm color procuretur nõ tam nigricans, ſed obſcurò-fuſcus.*

BALSAMUS BURRHY FOETIDUS.

℞. Olei Nuciſt. expreſſi, unc. unam.

Rutæ
Majoranæ
Anthos
Succini aa deſtillat. drach. ſem.
Deſtillat. cran. human. fœtid. q. ſ.

M. f. l. a. Balſamus cum moſcho, & ambra ad lubitum completandus.

BALSAMUS CARYOPHILLORUM.

℞. Olei deſtillati Caryophillor. drach. unam.
Nuciſtæ expreſſi q. ſ.

Fiat Balſamus juſtæ conſiſtentiæ, qui tingatur pulvere ſubtiliter trito Caryophilorum.

Nota. *Meliùs forè judicatur, ſi locò olei Nuciſtæ expreſſi aſſumatur oleum Nuciſtæ cum ſpiritu vini odore ſuo ſpoliatum.*

BALSAMUS COELESTIS PRAGENSIS.

℞. Radic. Pœoniæ.
Acori aa unc. unam.
Seminis Pœoniæ Ligni

Ligni Viſci Quercini aa unc. ſem.
Florum Anthos
Roſar. rubr.
Lavendulæ
Tiliæ
Papav. errat.
Nymph. aa manip. ſẽ.
Camphoræ drach. un.
Santali rubri drach. duas.
Extract. Caſtor. drach. unam.
Eſſent. Opii drach. duas.
Spiritûs ſanguin. humani libr. unam.
Spiritûs vini rectificati libr. ſem.

Inciſa & contuſa ſtent in infuſione in vitro benè obturato & lutato in loco calido, ad minimum unius menſis ſpatio dein ſervetur uſui.

NOTA. *Deſcriptio hæc celebri Practico-Pragenſi D. D. Dobrzenſky de nigro ponte debetur.*

BALSAMUS EMBRYONUM

Vide AQUAS

BALSAMUS è GALBANO.

℞. Gummi Galbani libr. ſem.
Olei Therebinth. libr. tres.

Digerantur in cucurbita vitrea leni calore per quatuordecim dies, poſtea deſtillentur & adde

Olei Lavendul. unc. unam.

Digerantur iterum aliquamdiu, & ſi demùm cum ſpiritu vini circulentur omnia, tenuè & penetrabiliſſimum evadit Balſamum.

NOTA. *Alio nomine etiam dicitur Galbanetum Theophraſt. quamvis potiùs Balſamus hic Sennerto debeatur, qui etiam vult omnes digeſtiones cum ſubſequa deſtillatione inſtituendas eſſe, qualem nos pro prima vice fieri poſſe admittimus, de reliquo digeſtionem, & circulationem ſufficere exiſtimantes.*

BALSAMUS HYPNOTICUS MYNSICHTI.

℞. Olei Nucis moſchat. expreſſ. drach. quinque.
Roſarum vulgar.
Violarum
Nymphææ aa drach. duas.

Sem. Hyoſciami expreſſ.
Papav. albi expreſſ.
de Laterib. ſeu Phil.
Benzoini aa drach. unam.

Miſce fideliter, & poſteà adde ſequentia.

Unguent. Populeon. unc. un.
Medullæ cervinæ drach. tres.
Opii ſpiritu vini ſolut.
Extract. Croci Oriental. aa drach. unam.
Ambræ & Moſchi
Olei Roſarum veri aa ſcrup. unum.

Miſce, & fiat juxtà artem Balſamum.

BALSAMUS INNOCENTII XI.

℞. Olibani electiſſimi.
Myrrhæ elect. in granis.
Aloes ſuccotrinæ
Balſami de Tolu ſicci
Gummi hederæ in granis
Radic. Gentianæ
Angelicæ aa unc. ſem.

Her-

Herbæ confolid. maj.
Florum rorismarini aa unc. fem.
Hyppericì unc. un. fem.
Opobalfami veri
Croci Auftriaci aa unc. fem.
Granorum ftyracis
Benzoin
Balfami de Peru nigri aa unc. duas.
Incifis & contufis grofsô modô affundantur.
Spiritus vini tartarifat. optim. libr. quatuor.
Digerantur leniffimo igne per quatuordecim dies, dein decantetur liquor, & forti expreffione filtretur, ut balfamum benè nigricans, & pingue remaneat, cui addantur.
Olei abietis
Therebinthinæ aa drach. fex.
Digerantur rurfus per quatuor dies, & fervetur balfamum ufui. Qui completum defiderat, in fine addere poterit
Ambræ Gryfeæ drach. duas.
Mofchi drach. unam.
Et taliter paretur Balfamum.

BALSAMUS LAVENDULÆ.

℞. Olei deftillat. Lavendulæ drach. unam.
Nuciftæ expreffi mediante.
Spiritu vini odore privati drach. tres.
M. F. L. A. Balfamus, tingatur pulvere florum cyani.

BALSAMUS LOCATELLI SIMPL.

℞. Ceræ flavæ unc. quatuor.
Olei olivarum
Therebinth. Venet. optim. aa unc. octo.
Solvantur leni igne, tum ab igne remotis addantur.
Olei hypericonis unc. duæ.
Balfami Indici nigri feu Peruviani unc. una fem.
Santali rubri fubtiliffimè pulverifati unc una.
Agitentur invicem ad refrigerationem.

BALSAMUS PARALYTICUS MYNSICHTI.

℞. Olei Galbani cum fpiritu Therebinthinæ deftillati.
Succini rectificat. aa unc. unam.
Rorismarini
Angelicæ aa drach. unã.
Chamomill. Roman.
Caryophillor. aa drach. fem.
Salviæ
Lavendulæ aa fcrup. unum.
Mifce, & cum oleo nucis mofchatæ f. q. F. juftæ confiftentiæ Balfamus, feu lenimentum molle, cui pro ditioribus faltèm adde Trochifc. Galliæ Mofchat. fcrup. unum.

BALSAMUS RUTÆ COMPOSITUS.

℞. Olei Nucis mofchat. expreff. & duriufculi q. p.
Co-

Coquatur cum ſ. q. decocti herbæ Rutæ recentis, donec omnis fragrantia olei exhalârit, adde.

Olei deſtillati Rutæ q. p.
Magiſterii herbæ Rutæ q. ſ.

M. F. Balſamus.

BALSAMUS SCHERZERIANUS.

℞. Olei Nucis moſchat. expreſſ.
Nuciſtæ aa unc. un. ſem.
Deſtillat. Majoran.
Lavendulæ,
Rorismarini
Succini
Serpill. aa drac. duas.
Rutæ
Pulegii
Meliſſæ
Menthæ
Cardamomi aa ſcrup. un.
Ceræ albæ virgineæ drach unã.
M. F. L. A. Balſamus.

BALSAMUS SUCCINI.

℞. Olei Nuciſtæ cum ſpiritu vini odore ſuo ſpoliati drach. tres.
Succini deſtillat. drach. unam.
Salis ſuccini volatil. ſcrup. ſem.
Exactè miſcendo fiat L. A. Balſamus.

BALSAM SULPHURIS ANISATUS.

℞. Olei Aniſi unc. ſex.
Florum ſulphuris unc. unam.

Miſce, in vitro digerantur, & circulentur tam diu, donec oleum aniſi Tincturam ſulphuris perfectiſſimè extraxerit, poſteà aufer oleum rubicundiſſimum per inclinationem, & ad uſum ſerva.

Nota. *Hac lege & Methodô eâdem parantur etiam.*

Balſam ſulphuris juniperatus.
Therebinth.

BALSAMUS SULPHURIS RULANDI.

℞. Florum ſulphuris unc. tres.
Olei rapar. vel nucum libr. unam ſem.
Vini generoſi libr. ſemis.

Digerantur per octiduum, dein coquantur ad conſumptionem humidi, tum coletur, & ſervetur uſui hoc Balſamum.

BALSAMUS UTERINUS MYNSICHTI.

℞. Butyri Majalis insulſi unc. unam.
Olei Jovis Anglici
Succini citrin.
Therebith. aa drach. un. ſem.
Gummi Tacamahac.
Aſſæ fœtidæ
Galbani
Sabinæ aa drac. unam.
Caſtorei veri drach. ſẽ.
Sevi Hircini q. ſ.
Miſce, F. L. A. Balſam.

CLAS-

CLASSIS IV.

DE
CONDITIS
Conſervis, Elœoſaccharis, morſulis, rotulis, & tabulis.

CONDIUNTUR IN PHARMACIA NOSTRA.

Acori radices
Aurantiorum cortices
Calamus aromaticus
Ceraſa acida
Citri caro
Cortices
Cydonia
Enulæ radices
Nuces indicæ
Juglandes
Ribes
Satyrionis radices
Zinziberi

Quæ ex his recenſitis parantur, condiantur lege artis. ſacchari clarificati ſufficienti quantitate: quæ jam condita afferuntur, iis perſpecta Patroni attentio invigilabit.

Modus parandi, v. g.

℞. Radic. acori q. p.

Mundetur ab exteriori cortice, ac uno aut altero die in aqua pura quotidie reiterata maceretur, dein ſaccharo in aqua macerationi adhibita ſoluto & clarificato, ac ad conſiſtentiam Syrupi tenuioris coƈto, imponatur radix in particulas ſciſſa, ac denuò coquatur, donec ſuperflua humiditas evaporaverit, & ſaccharum in debitam ſyrupi conſiſtentiam inſpiſſetur. In hoc ſyrupo aſſervatur radix condita in liquido.

Tali modo parari poſſunt reliquæ radices & cortices, quæ hìc expoſitæ non ſunt, neque apud nos uſuales.

CONSERVÆ FLORUM ET HERBARUM.

Conſerva Abſinthii
Acetoſæ
Acetoſellæ
Anthos flor.
Bellidis flor.
Betonicæ flor.
Borraginis flor.
Bugloſſæ flor.
Calendulæ flor.
Card. Bened.
Citri ex pulpa
Cochleariæ
Farfaræ
Fumariæ
Hederæ terreſtr.
Meliſſæ
Menthæ

Pa-

Papav. errat. flor.
Pœoniæ flor.
Primulæ veris
Roſar. albar.
Rubrar.
Vitriolatar.
Scabioſæ flor.
Tunicæ flor.
Veronicæ
Violarum
Urticæ

Parantur conſervæ, ubi ad minutiſſimè conciſorum florum, & foliorum libram unam adduntur ſachari canarini libræ duæ, & taliter lege artis, conficiantur conſervæ ingredientis virtutes ſecumferentes.

DE
ELÆOSACCHARIS.

Elæoſacchari parantur ex tempore, dum ad unciam ſacchari octo vel decem guttæ olei deſtillati aſſumuntur: adhibentur ad gratiam medicamentorum augendam, vires verò eorum ex virtutibus oleorum deſtillatorum deſumuntur.

MORSULLI IMPERATORIS.

℞. Piſtaciorum decorticatorum.
Amygdalar. dulcium aa drach. ſex.
Flavedinis corticum citri recentis drach. tres.
Specierum Imperatoris minutim inciſarum, & contuſarum drach. ſex.
Sacchari in aqua fontana ſolut. libr. unam ſem.
Aquæ Naphæ ad odoris gratiam drach. tres.
F. l. a. Morſuli, qui etiam ſinè fructibus parari poſſunt.

ROTULÆ DIAIREOS.

℞. Specier. diaireos ſimpl. unc. ſem.
Sachari albiſſimi cum ſ. q. Aquæ violarum ad conſiſtentiam tabulati cocti unc. ſedecim aut q. ſ. eſt.
M. F. L. A. Rotulæ.

ROTULÆ MANUS CHRISTI SIMPLICES.

℞. Sacchari albiſſimi libr. unam.
Aquæ roſarum fragrantiſſimæ q. ſ.
Ad diſtemperandum leniſſimo igne ſaccharum, & tabulati conſiſtentiam breviter coquendum, ut queant formari Rotulæ.

ROTULÆ MANUS CHRISTI PERLATÆ.

Parantur eodem modô, ſub finem coctionis addendo.
Margarit. ppt. drach. ſem.
F. Rotulæ.

ROTULÆ PERLATÆ SULPHURATÆ.

℞. Margarit. ppt. drach. ſem.
Lactis ſulphuris ſcrup. unum.
Sacchari albiſſimi in aqua Looch ſani ſoluti, & ad debitam conſiſtentiam cocti, unc. tres.
M. F. L. A. Rotulæ.

ROTULÆ DIATRAGACANTHI.

℞. Specier. Diatragacanth. frig. unc. ſem.
Sacchari albi in ſ. q. Aquæ Roſar. ſoluti, & ad conſiſtentiam tabulati coĉti unc. quatuor.
M. ùt artis eſt, & f. Rotulæ.

ROTULÆ CONTRA VERMES.

℞. Semin. Santonici, unc. un. ſem.
Mechoacannæ
Diĉtamni albi aa unc. ſem.
Cornu cervi uſti
Corallinæ aa drach. unam ſem.
Florum Tanaceti drach. unam.
Seminis Coriandri drach. ſem.
Pulveriſentur & cum
Sachari canarini in Aqua graminis ſolut. libr. una ſem.
F. L. A. Rotulæ.

ROTULÆ VIOLARUM.

Parantur ex infuſione violarum ſuo tempore cum ſaccharo, ùt artis eſt.

TABULÆ de ALTHÆA.

℞. Radic. Althææ albiſſimæ pulveriſatæ unc. unam ſem.
Sachari canarini libr. un.
F. L. A. cum ſufficienti quantitate Mucilaginis tragacanthi ſeu radicis althææ Tabulæ.

SACCHARUM LACTIS.

Paratur ex ſero laĉtis optimè cum albumine ovi clarificato, & filtrato, inſpiſſando illud uſque ad cuticulam, tum reponatur in cellam ut cryſtalliſetur, tandem modico aquæ frigidæ abluatur, ut flavedo ſecedat, & exſiccetur.

SACCHARUM ROSATUM TABULATUM.

℞. Flor. Roſar. rubr. ſollicitè ſiccat. & pulveriſat. drach. duas.
Irrorentur ſpiritûs vitrioli gutt. duodec.
Poſteà immiſceantur
Sacchari albi in aqua Roſar. diſſolut. & ad debitam conſiſtentiam coĉti unc. quatuor.
F. Confeĉtio in Tabulis, vel Morſulis.

SACCHARUM SATURNI.

℞. Minii aut Lythargirii q. v.
Perfundatur acetô deſtillatô ad eminentiam quatuor digitorum, digeratur viginti quatuor horis in loco temperatè calido, ſæpiùs ſpatulâ ligneâ agitando, donec acetum ſaturatè flaveſcat (cavendo ſemper ab exhalatione pulmonibus noxia) ſaturatum acetum decantetur, & novum acetum ùt priùs affundatur, idque toties reiterandum, donec non ampliùs coloretur, extraĉtiones omnes conjunge, & abſtrahe acetum ad mellaginem, cui demum affunde aquam pluviæ deſtillatam ad hanc mellaginem reſolvendam, quam aliquamdiu digere, donec fœces ad fundum ſecedant, clarum decanta, & denuò

nuò aquam pluviæ destillatam residuò affunde, idque toties, donec omnis dulcedo fuerit soluta, & extracta, fœcibus solummodò in fundo residuis. Extractiones has omnes per chartam emporeticam colatas evapora, & obtinebis sal in cella humida in liquorem resolubile, quod denuò acetô destillatô solvendum, ac tres pluresve dies in cineribus calidis digerendum, sæpiùs de die movendo, tum demum filtrandum, ac evaporatione ad cuticulam facta in loco frigido crystallisandum. Quod ut feliciùs succedat, affuso crystallis spiritu vini rectificatissimo ut modicum digerantur, spiritúmque ad medietatem abstrahendo, in nitidiores abeunt crystallos.

NOTA. *Unica adhuc observatio addi potest in præparatione sacchari saturni, quod omnis ebullitio tam in extrahendo, quàm evaporando caveatur, sed leni evaporatione paretur.*

CLASSIS V.

DE SPECIEBUS DECOCTORUM

Infusionibus & Emulsionibus

SPECIES DECOCT. DE ALTHÆA FERNELII

Vide sub Titulo Syrup. de Althæa.

SPECIES ANTIPHTYSICÆ ZWELFFERI.

℞. Radic. acetosæ
Bardan. Maj.
Papaver. errat.
Pentaphylli
Plantaginis min.
Tormentillæ aa unc. unā.
Cichorii sylvestr. unc. un. sem.
Herbæ Hederæ terrestr.
Equiseti
Plantagin. minor.
Portulacæ
Sanguisorbæ
Virgæ aureæ aa manip. un. sem.
Florum Rosar. rubrar.
Verbasci aa manip. unum.
Papaver. errat. manip. unum sem.
Baccar. Myrtillor. unc. sem.
Capit. papav. alb. cum semin. No. quinque.

Ligni

Ligni ſantali rubri drach. ſex.
Maſtiches elect.
Olibani aa drach. duas.
Inciſa miſce, & contuſa craſſiuſculè ſerventur uſui.

Nota. *Species hæ in forma decocti deſtinantur, dum videlicet in ſ. q. Aquæ ſimplicis decoquuntur ad remanentiam librarum ſex, demum colaturæ clarificatæ ferventi injiciuntur.*

Conſervæ Roſar. rubr. unc. tres.
Papav. errat. unc. duæ.
Florum cichor. unc. una.
Spiritûs vitrioli guttæ quindecim vel viginti.
Facta digeſtione horis aliquot denuò coletur, colaturæ adduntur
Syrupi corallini unc. duæ aut tres.

SPECIES APERITIVÆ MAJORES. P. A. R.

℞. Endiviæ
Cichorij
Fumi terræ aa manip. unum.
Evpatorii
Borraginis
Buglоſſi
Scolopendrii veri aa manip. ſem.
Glycyrrhizæ raſæ
Radic. fœnicul.
Apii
Petroſelini
Paſſularum aa unc. ſem.
Seminis Fœnicul.
Aniſi aa drach. duas.
Comarum Thymi
Epithymi aa drach. unam ſẽ.
Cortic. Tamariſci
Capparum aa drach. duas.
Foliorum ſennæ ſ.ſ. unc. duas.
Polypodii querni unc. unam.
Agarici elect. trochiſcati unc. ſem.
Incidenda inciduntur, & quæ contundi debent, craſſiuſculè terantur, & miſceantur omnia, ac uſui ſerventur.

SPECIES APERTIVÆ MINORES.

℞. Herbæ Agrimoniæ
Lupuli
Cichorii
Cuſcutæ
Betonicæ
Ceterach
Endiviæ
Fumariæ aa unc. duas.
Radic. Apii
Fœniculi
Petroſelini
Acori
Glycyrrhizæ aa unc. quatuor.
Aſari unc. ſem.
Semin. Aniſi
Fœniculi aa unc. unã.
Polypodii querni unc. duodecim.
Prunorum Damaſcenor.
Ficuum pinguium N. triginta duas.
Paſſularum unc. quatuor.
Sennæ Alexandrinæ unc. unã.
Florum Borraginis
Bugloſſi
Violarum

Roſa-

Roſar. rubrar. aa unc. unam.
Incidantur, contundantur & miſceantur.

SPECIES CARMINATIVÆ P. A. R.

℞. Semin. Aniſi
Dauci
Cumini
Carvi
Fœniculi aa drach. tres.
Glycyrrhizæ unc. ſem.
Florum: chamœmeli manip. ſem.
Paſſular. unc. ſem.
Inciſa miſceantur.

SPECIES APERITIVÆ MAJOR. cum RHABARBARO.

℞. Specier. Decoct. aperit. major minor. aa. unc. tres.
Rhabarbari electi unc. ſem.
Cinnamomi drach. duas.
Salis Gemmæ ſcrup. unum.
Spicæ Indicæ ſcrup. duos.
ſpecier. diarrhodon. Abbat. ſcrup. quatuor.
Miſceantur pro uſu.

SPECIES C. F. ſeu CARMINATIVÆ FRANCHMANI.

℞. Radic. Polypodii
Fœniculi
Graminis aa unc. duas.
Folior. Agrimoniæ
Fragariæ
Mercurialis aa manip. tres.
Flor. Acaciæ manip. duos.
Inciſa miſce.

SPECIES EMOLLIENTES.

℞. Herbæ Malvæ
Althææ
Violarum
Mercurialis
Parietariæ
Meliloti
Flor. Chamomill. aa manip. tres.
Radic. Althææ
Semin. Lini
Fœnugræci aa unc. tres.
Furfurum tritici manip. tres.
Inciſa & contuſa miſce.

NOTA. *Clyſteribus ſcopo emolliendi ſunt dicatæ, externè etiam pro Cataplaſmatibus exiguntur.*

SPECIES FLORUM & FRUCTUUM P. A. R.

℞. Caricarum No. quinque
Prunorum Damaſcen. No. quindec.
jujubarum
Sebeſten aa No. viginti
Tamarindorum unc. unam.
Flor. Roſarum
Violarum
Borraginis
Bugloſſi aa drach. unam.
Capillorum veneris.
Lupuli
Endiviæ aa manip. ſem.
Glycyrrhizæ drach. duas.
Incidantur & contundantur pro uſu.

SPECIES pro GARGARISMATE VIENNENS.

℞. Herbæ Plantaginis

Prunell. aa unc. quatuor.
Uvulariæ unc. tres.
Salviæ unc. duas.
Flor. Rosar. rubrar.
Malvæ arboreæ
Balaustior. aa unc. unam.
Incisa misceantur, & pro usu serventur.

SPECIES DECOCTI LIGNORUM MYNSICHTI.

℞. Rasuræ Ligni Quajaci libr unã.
Corticum ejusdem ligni unc. quatuor.
Radic. chinæ unc. duas.
Sarsaparillæ
Sassafras aa unc. unam.

Incisa infunduntur pro usu in aquæ fontanæ optimæ & claræ libris sedecim per 24. horas, & coquuntur in olla nova vitreata cooperta ad consumptionem medietatis pro sudorifero. Postea iterum hæ species coquuntur in aquæ hordei libris duodecim ad tertias pro potu quotidiano, & huic ultimæ decoctioni pro libitu adduntur Uvæ passæ, & cum pauco cinnamomo aromatisatur.

SPECIES DECOCTI MUSITANI.

℞. Radic. Sarsæparill. unc. duas.
Visci quercini
Rasuræ cornu cervi
Eboris aa unc. un. sem.
Antimonii crud. in pet. ligati.
Lapidis Pumicis aa unc. tres.
Incisa & contusa misce.

NOTA. *Pro usu decoquuntur hæ species in aquæ fontanæ libris decem ad consumptionem medietatis, demum aromatisatur cinnamomo q. s.*

SPECIES DECOCTI NEPHRITICÆ FORESTI.

℞. Radic. Liquiritiæ
Iræos florentin. aa unc. unam sem.
Petroselini
fœniculi aa unc. duas.
Flor. Malvæ
Bismalvæ aa drach. sex.
Semin. quatuor frigid. major. excorticator. aa drach. duas.
Fœniculi
Cicerum rubror. confractor. unc. sex.
Jujubarum
Ficuum aa No. triginta.
Hordei mundat. & loti unc. tres.
Incisa & contusa crassiusculè serventur pro usu.

SPECIES DECOCTI PECTORALES P. A. R.

℞. Passular. minor. mundatar. unc. unam.
Sebesten
Jujubarum aa No. quindecim.
Dactylorum No. sex.
Caricarum pinguium No. quatuor.
Hordei mundi unc. unam.
Glycyrrhizæ unc. sem.
Capillorum Veneris manip. sem.
Hyssopi drach. duas.

In-

Incidantur & misceantur.

SPECIES PECTORALES MAGISTRALES D.D.L.

℞. Radic. chinæ elect.
Sarsæparill
Iræos florent.
Enulæ campanæ
Polypodii quercini aa unc. sem.
Flor. Salviæ
Borraginis
Buglossæ aa manip. sem.
Herbæ Veronicæ
Hederæ terrestris
Scabiosæ
Folior. Farfaræ aa manip. unũ.
Caricarum pinguium No. novem.
Passularum minor. unc. un. sem.
Rasuræ cornu cervi
Eboris aa drach. unam. sem.
Semin. Anisi drach. duas.
Incisa & contusa misce, serventur pro usu.

SPECIES DECOCTI SOLYCHREST. D. D. L.

℞. Herbæ Hyssopi.
Fragariæ cum toto
Veronicæ
Capillorum veneris.
Scolopendriæ
Agrimoniæ cum toto.
Pulmonariæ maculos.
Scabiosæ cum flor.
Polytrichon aurei
Epaticæ nobilis
Hederæ terrestris
Auriculæ muris aa manip. unum.
Flor. Borraginis
Buglossi
Violarum
Salviæ aa manip. un. sem.
Sacchari canariensis
folior. sennæ selectæ
Prunor. Damascen. aa unc. duas.
Passular. minor. unc. quatuor.
Caricar. unc. tres.
Radic. Liquiritiæ drach. sex.
Polypodii unc. unam.
Incisa misce.

NOTA. *Dispensantur etiam hæ species sinè foliis sennæ, ubi minùs Alvũ sollicitari opus est, parùm differunt à speciebus decocti Sternbergici.*

SPECIES DECOCTI contra SPUTUM SANGUINIS D. D. SORBEIT.

℞. Herbæ Rutæ
Alchimillæ
Hyssopi
Capillor. Veneris
Auriculæ muris
Salviæ
Polytrichii
Pulmonariæ
Farfaræ
Scolopendr. aa man. sẽ.
Corticum sambuci
Rhapontici
Hepatis lupi
Rhabarbari aa drach. unam.
Incisa serventur usui.

NOTA. *Decoquuntur hæ species additis axungiæ porci drachmis duabus cum cerevisiæ libris sex ad consummationem libræ unius.*

SPECIES DECOCTI STERNBERG.

℞. Herbæ Hyſſopi
Veronicæ
Polytrichon aurei
ſcolopendriæ
Pulmonariæ
Pulegii
ſalviæ
Epaticæ nobilis
Flor. Borraginis
Bugloſſi
Violarum aa manip. ſem.
Polypodii
Liquiritiæ aa unc. un.
Nucl. perſic. v. prun. unc. ſem.
Paſſularum minor.
Caricar. pingu. aa unc. duas.
ſacchari canarienſis albi
Penidii
Folior. ſenn. ſelect. aa unc. un.
Inciſa miſce pro uſu.

Nota. *Ex multiplici experientia in affectibus pectoris commendatiſſimæ exiſtunt, & partim cum & partim ſine foliis ſennæ in decem ſextariis aquæ duabus horis leniter decoquuntur, colaturæ quadrans ſextarii manè permodum Thee ſumitur, poſt meridiem verò cum vitello ovi permodum juſculi exhibetur.*

SPECIES PRO DELICATIS D. D. L.

℞. Folior. ſenn. ſelect. unc. unam.
Mannæ elect. drach. decem.
Mechoacannæ albiſſim.
Agarici trochiſcati
Cremoris tartari aa drach. duas.
Macis ſcrup. unum.
Inciſa & contuſa miſce.

Pro uſu indantur nodulo, cui affunditur aquæ ferventis ſemialter ſextarius, relinquitur in infuſione per noctem, poſtmodum filtratur infuſum, de quo pro doſi unciæ tres, vel quatuor aſſumuntur;

SPECIES PRO THEE MAGISTRALI.

℞. Herbæ Agrimoniæ
Betonicæ
Bellidis minor.
ſalviæ
Pulmonariæ
Veronicæ
Epaticæ nobilis
Hederæ terreſtris
ſcolopendriæ
Pimpinellæ
Tuſſilaginis
Flor. Papav. Rhœad aa manip. unum.
Inciſa ſerventur pro uſu.

SPECIES PRO THEE ZINNBURGICÆ.

℞. Herbæ Agrimonin
Chamædryos nobilis
ſcolopendriæ aa p. æqual.
Inciſa miſce.

SPECIES PRO VINO AMARO D. D. G.

℞. Herbæ Marrubii albi manip. unum.
Herbæ Centaur. minor.
Cardui Bened. aa manip. unum.
Radic. Gentianæ

Car-

Enulæ campanæ aa unc. ſem.
Calami Aromatici drach. tres.
Corticum Aurantior. drach. duas.
Coſti dulcis
Seminis Aniſi aa unc. ſem.
Inciſa & contuſa ſerventur pro uſu.

NOTA. *Quod concernit emulſiones & infuſiones, ſupervacaneum eſſe judicatur eorundem deſcriptiones præſenti Diſpenſatorio inſerere, ſiquidem quivis Medicus pro intentione ſua eaſdem magiſtraliter præſcribere noverit.*



CLASSIS VI.

DE CONFECTIONIBUS ELECTUARIIS ET LOOCH.

CONFECTIO ALKERMES CUM MOSCHO ET AMBRA.

℞. Sacchari albiſſimi
Succi Pomorum Borsdorffiorum, clarificati, & cum prædicto ſaccharo ad conſiſtentiam mellis cocti
Granorum Kermes Monspelienſium nimiô ſacharô non conditi & ſpiſſiuſculi aa libr. unam.
Cinnamomi optimi
Ligni aloës ſelecti & ſubtiliſſimi pulveriſati aa unc. ſem.
Lapidis Lazuli optimi præpar.
Margaritarum Orientalium ritè præparatarum.
Ambræ Gryſeæ, in ſufficienti portione Succi Kermes diſtêperatæ drach. un. ſem.
Croci optimi tenuiſſimè triti drach. unam.
Moſchi ſpiritu Roſarum diluti ſcrup. duos.
Foliorum auri ad ſpeciem vulgi gratiâ. drach. ſem.
M. fiat ex arte electuarium, cui pro colore exaltando magiſterium coccinellæ addi poteſt.

CONFECTIO ALKERMES SINE MOSCHO ET AMBRA.

His odoratis omiſſis ſuperiori modo fit confectio.

CONFECTIO ANACARDINA.

℞. Anacardiorum præparatorum
Baccarum Lauri
Coſti dulcis aa drach. tres.

Myrobolanorũ Belliricarum.
Chebularum.
Emblicarum.
Indarum.
Piperis longi
nigri aa drach. unam.
Radicum Cypri drach. duas.
Sacchari albiſſimi drach. tres.
Cubebarum
Seminis Erucæ aa drach. unam ſem.

In pulverem ſubtiliſſimum redactis ſingulis, & exactè mixtis, adde mellis deſpumati triplum, ſeu uncias ſeptem cum ſemiſſe, fiat lege artis electuarium, omittendo ranceſcens facilè butyrum, & ingratum reddens medicamẽtum, ad corrigenda anacardia ob ætatem (ſerò nempè ad nos delata) minùs acria, hinc correctionis haud indiga, vix neceſſariũ.

CONFECTIO HAMECH.

℞. Myrobolanorum Citrinarum, unc. quatuor.
Chebularum
Indarum.
Rhabarbari electi
Polypodii querni
Agarici
Pulpæ Colocynthidis
Epythim.
Violarum aa unc. duas
Foliorum ſennæ orientalis ſ. ſ.
Abſynthii
Thymi aa unc. unam.
Roſarum rubrar.
Seminis Aniſi
Fœniculi aa drach. ſex.
Paſſular. exacinatarũ unc. ſex.
Prunorum. No. ſexaginta.
Succi fumariæ recent. libr. unã.
Seri lactis q. ſ. libr. circiter decem.

Stent in digeſtione lenis caloris horas viginti quatuor, in vaſe vitreo, aut vitreato benè clauſo, poſtea ſemel iterùmq; ebulliant, atque colentur, colaturæ cum expreſſione aliquali factæ adde.
Sacchari albiſſimi libr. un. ſem.
Coquatur ad mellis conſiſtentiã, cui ſub finem miſce.
Pulpæ Tamarindorum, unc. quinque.
Caſſiæ unc. quatuor.
Mannæ depurat. unc. duas.
Tandem ab igne remotis adde, ſeorſim ſubtiliſſimè contriti.
Pulveris Scam̃onii præparati, unc. un. ſem.
Rhabarbar. electi.
Myrobolanorũ omnium.
Seminis fumariæ
Aniſi
Spicæ indicæ aa drach. duas.
M. F. L. A. Electuarium.

Nota. *Inconcinnam hanc compoſitionem ingratum parientem Medicamentum, clariſſimo Caſparo Hoffmanno libr. de medicam. officinal. 1. cap. 9. ſ. 14. inferiori potiùs gutturi, quàm ſuperiori deſtinandum optimo jure eliminandum è catalogo medicamentorum nonnulli cenſent; At cùm conſuetudini vulgi, ùt in plurimis aliis, aliquid dandum, atque uſus ejus adeò valdè inoleverit, ubi chyrurgorum, imò & Medicorũ quorundam ſacra quaſi anchora dici poſſit,*

possit, locum ipsi concedendum, ac normam aliquam præparationis paulò fortè concinniorem dandam censuimus.

CONFECTIO DE HYACINTHO.

℞. Specier. de hyacintho incomplet. quantum fert descriptio.
Syrupi acetositatis citri libr. unam.
M. f. l. a. Electuarium.

Nota. *Multum in hac confectione disceptant Practici, siquidem multi volunt, quòd præter pretium exigua virtus & effectus ex pretiosis ingredientibus sperari possit, quod iterum alii impugnare conantur, interim & consuetudini in usu receptiori aliquid dandum est, cùm satis egregium & conveniens existat remedium toxicum.*

ELECTUARIUM ALEXIPHARMACUM D. D. FRANCHMANI.

℞. Succi depurat. Scordii
Ulmariæ
Galegæ
Acetosæ
Acetosit. citri aa libr. duas.
Sacchari albi libr. sex.
M. f. syrupus, cui immisce
Pulveris radic. Scorzoneræ
Contrajervæ
Tormentillæ
Pimpinellæ
Bistortæ
Boli armeni
Terræ sigillat. rubr.
Cortic. exter. flav. citri.
Viperar. Venet.
Foliorum scordii
Galegæ
Ulmariæ
Semin. acetosæ
Aquilegiæ
Napii
Citri excorticat. aa unc. un.
Baccar. Paridis unc. sem.
Salis Fraxini
Card. Bened.
Nitri antimoniati.
Flor. sulphur. aa unc. un.
Salis cornu cervi volat. unc. sem.
Opii præparati & cum sulphure correcti unc. duas
Spiritûs Diatrion. in quo opiũ impastetur drach. tres.
Camphoræ unc. sem.
Spiritûs vitrioli unc. quatuor.
Conserv. rosar. rubr.
Acetosæ aa libr. duas
M. F. L. A. Electuarium.

Nota. *Sal cornu cervi volatile misceatur cum spiritu vitrioli, & admisce camphoram & opium.*

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE D. D. FUCHS.

℞. Conservæ Menthæ unc. duas.
Confect. Alkerm. incompletæ drach. duas.
Arcani duplicati drach. unam.
salis Centauri minoris.
salis Card. Bened. aa drach. sem.
Magister. antimon. diaphoretici drach. unam.
Pulveris corticis peruviani unc. unam.
succi citri recent.

ſyrup Card.Benedict. aa q. ſ. ad Conſiſtentiam Electuarii.

ELECTUARIUM ANTIFEBRILE D. D. LöW.

℞. Pulveris chinachinæ drach. ſex.
Conſervæ acetoſellæ unc. unã ſem.
Syrupi ejuſdem q. ſ.
Ad conſiſtentiam Electuarii.

Nota. *Pro moderamine totius quantitatis, & correctione corticis Peruviani addentur ſalis abſythii ſcrup. duo ſalis Tartari ſcrup. quatuor.*

ELECTUARIUM ARTHRITICUM D. D. RINGS.

℞. Pulveris Antimon. crudi.
Tartari crudi
Viſceralis interni
Cholagogi ſimpl. aa drach. duas ſem.
Ceruſſæ antimon. drach. tres.
Radic. jalappæ drach. un. ſem.
Pulpæ paſſularum
Tamarind.
Caſſiæ recent. extr. aa. unc. duas.
ſyrupi de Canella q. ſ.
Pro electuario mediocris conſiſtentiæ.

Nota. *Hoc Electuarium ſi ordinatur cum floribus ſulphuris, pro unc. una Electuarii additur flor. ſulphuris ſcrup. unus.*

ELECTUARIUM ANTIHYDROPIC. D.D. KIRCHMAJR NOBILIS de REICHWITZ.

℞. Roob ſambuci
Ebuli
juniperi aa unc. duas.
ſpecier. diajalapp. Myns.
Cryſtallor. Tartar. Venet.
Pulver. Radic. Vincetoxici aa drach. duas.
Milleped. præparat. drach. unam.
Reſinæ jalappæ ſale abſinth. trit.
Diagryd. aa drach. ſem
Cum ſyrupi de ſpina cervina q. ſ. fiat Electuarium mediocris cõſiſtentiæ, cui inſtillentur ol. de cedro ver. guttæ decem.

ELECTUARIUM DE BACCIS LAURI RHASIS.

℞. Folior. Rutæ drach. decem.
ſeminis Ammeos
cumini
Nigellæ
Liguſtici
carvi
Dauci
calami aromatici
Origani
Amygdalorum amarorum
Piperis nigri
longi
Mentaſtri
Baccarum Lauri
caſtorei aa drach. duas.
ſagapeni unc. ſem.
Opopanacis drach. tres
Mellis triplum, id eſt libr. unã uncias quatuor, drach. ſeptem.
Tritis diligenter, quæ terenda ſunt, fiat electuarium, additis circa finem lacrymis vinô dilutis.

ELE-

ELECTUARIUM CARYOCOSTICUM P. A. R.

℞. Costi amari
Seminis Cimini
Zinziberis albi
Caryophillorum aa drach. un.
Diagrydii
Hermodactyllorum alborum superiore cortice mundatorum aa drach. duas.
Mellis despumati & sufficienter inspissati
Vini odorati aa unc. tres.
F. L. A. Electuarium.

ELECTUARIUM CATHARCTICUM REGIUM MYNSICHTI.

℞. Confection. alkerm. incompl. drach. sex.
Magisterii scammonii cum pinearum scrupulis doubus subacti unc. sem.
Conservæ flor. Tunic. drach. sex.
Cremoris tartari drach. unam.
Nitri præparati scrup. unum.
Misceantur omnia optimè ut fiat Electuarium.

ELECTUARIUM DIACARTHAMI.

℞. Specier. Diatragacanth. frigid. unc. sem.
Pulpæ Cydoniorum conditæ unc. unam.
Medullæ Carthami unc. sem.
Zinziberis drach. duas.
Diagrydii drach. tres.
Turbith albi drach. sex.
Mannæ drach. duas.
Mellis rosati colati.
Sacchari Cantii aa unc. unam.
Hermodactylorum unc. sem.
Sacchari alb. in aqua borraginis dissolut. unc. decē sem.
F. Elect. liquidum.

ELECTUARIUM DIACATHOLICONIS.

℞. Polypodii querni libr. sem.
Decoquatur in aquæ communis libris octo ad medietatis consumptionem: in hoc decocto colato dissolvantur
Sacchari albi libr. quatuor.
Coquantur ad syrupi consistentiam: ubi paululùm refrixerit, addantur:
Pulpæ Cassiæ
Tamarindorum aa unc. quatuor.
Probè agitando, postremò subsequentes pulveres paulatim inspergantur.
℞. Sennæ unc. quatuor.
Rhabarbari
Violarum
Polypodii
Anisi aa unc. duæ.
Glycyrrhizæ drach. duæ.
Semin. quatuor. frigidor. maj. aa unc. sem.
Misceantur ùt artis est.

ELECTUARIUM DIACORI.

℞. Radic. acori conditæ unc. quatuor.
Eryngii
Calami Aromatici
Zinziberis
Nucis indicæ aa Conditarum unc. duas.

Pulveris piperis nigri
longi
Caryophillorum
Macis
Cinnamomi
Nucis moſchatæ
Galangæ
Cardamomi minoris aa
drach. duas.

Miſceantur & cum ſyrupi de cinnamomo q. ſ. f. l. artis electuarium.

ELECTUARIUM DIASATYRIONIS NICOLAI.

℞. Rad. Satyrion. recent. ſucculent.
Paſtinac. ſativ. recent.
Eryngii recent.
Nucis indicæ
Pinearum
Piſtaciorum aa unc. un. ſem.
caryophillorum
Zinziberis albi
Seminis fraxini
Aniſi
Erucæ aa drach. quinque.
Urticæ
cinnamomi
carnis ſcinci veri aa drach. duas ſem.
Moſchi grana ſeptem.
Mellis deſpumati optimi libr. tres.

Radices Satyrii, Paſtinacæ & Eryngii ſeorſim benè tritæ melli imponantur, ac ſubigantur, paululúmque lento igne ferveſcant, deinde Piſtacia & Nuces Pineæ mundatæ ac tuſæ adjiciantur, ubi cum melle aliquantulum bullierint, ſublato ab igne lebete tuſæ & cribratæ ſpecies ac poſtremò Moſchus cum pauca Roſarum aqua ſolutus, addatur, omniaque probè permiſceantur.

ELECTUARIUM DIASCORDII FRACASTOREI VIENNENSE.

℞. Herbæ ſcordii unc. unam.
Dictamni cretici
cinnamomi
caſſiæ ligneæ
Galbani
Gummi Arabici
Styracis calamit.
Terræ lemniæ
Radic. Tormentillæ
Gentianæ aa unc. ſem.
Boli armen. unc. un. ſem.
Piperis longi
Zinziberis aa drach. duas.
Semin. acetoſæ
Opii aa drach. un. ſem.
Mellis deſpumati libr. tres.

Opium in vino benè ſolvatur, uti, & gummata taliter in vino ſolvantur, & inſpiſſentur, miſceantur, & ad debitam conſiſtentiam coquantur, ut f. l. a. Electuar.

ELECTUARIUM LENITIVUM FLORENZOLÆ.

℞. Paſſular. Major. ab arillis liberatarum unc. duas.
capillorum veneris ſeu Adianthi nigri
Violarum recentium
Hordei mundi aa manip. un.
Jujubarum
Sebeſten aa No. viginti.

Gly-

Glycyrrhyzæ unc. ſem.
Prunorum enucleator.
Tamarindorum aa drach. ſex.
Foliorum Sennæ
Polypodii aa unc. duas.
Mercurialis manip. un. ſem.

Decoquantur ùt artis eſt in ſ. q. aquæ ad conſumptionem duarum tertiarum, poſtmodum colentur, & in colato diſſolvantur.

Sacchari albiſſimi unc. ſex.

Coquantur ad debitam conſiſtentiam, ùt additis

Pulp. caſſiæ
Tamarindor.
Prunor.
conſervæ violarum aa unc. ſex.
Pulveris ſennæ unc. tribus ſem.
F. Electuarium.

ELECTUARIUM MYTHRIDATUM DAMOCRATIS.

℞. Myrrhæ drach. undecim.
cinnamomi acuti
Spicæ Nardi aa drach. decem cum ſemiſſe.
croci optimi
Agarici melioris notæ
Zinziberis
Olibani
Thlapſios
Therebinthinæ aa drach. decem.
Schænanthi drach. novem.
Seſeleos
Olei nucis moſchatæ expreſſi locò.
Opobalſami
Stœchados arabic.
Zedoariæ
Galbani
Piperis longi
caſtorei
Opopanacis
Folii indi
Styracis calamit.
Succi hypocyſtidis aa unc un.
caſſiæ ligneæ
Bdellii aa drach. ſeptem cum ſemiſſe.
cubebarum locò carpobalſami.
Piperis albi
Polii montani
Seminis dauci cretici
Scordii aa drach. ſeptem.
Gummi arabici
calami aromatici
cardamomi
Gentianæ
Folior. Roſar. rubrar.
Dictamni cretici
Nardi celticæ
Seminis petroſelini
Opii thebaici optim. aa drach. quinque.
Aniſi
Ariſtolochiæ rotundæ
Angelicæ
Meu utriuſque
Olsnichii
Valerianæ
Succi Acaciæ
Gummi ſagapeni
Summitatum hyperici
Scinci marini aa drach. duas ſe.
Bacc. Junip.
cubebar. aa drach. duas.
cyperi
Aſpalathi aa drach. ſem.
Mellis triplum ſeu circiter libras decem.
Vini albi generoſi q. ſ.
Singula juſta methodo & ordine

dine dispensando, triturando & miscendo fiat s. a. Elect. justæ consistentiæ.

NOTA. *Cùm Trochisci Cypheos inter obsoleta nunc numerentur, & in officinis rarò prostent, ingredientia illorum speciebus his pro Mithridatio singulis, ubi occurrunt connumeravimus: non equidem superstitiosè exquisito & omnibus numeris absolutô calculô. Neque enim horum unius alteriúsve additamentum aut decrementum, in prolixa ejusmodi compositione, medicamento toti aliquod inferre posse, vel virtutis detrimentum, vel qualitatum incrementum, aut excessum quacunque tandem ratione nocuum, credimus. Hinc aliqua hac in parte dispensandi libertate, quam & alios sibi vendicâsse deprehendimus, nec invidemus & nos usos fuisse non diffitemur.*

NOTA II. *Species in classes certas dispescendi, ùt & computum in dupla, quadrupla, aut ulteriori proportione ineundi, dum quisque peritus Pharmacopœus, quorum solum est, medicamenta ejusmodi majoris momenti dispensare & adornare, ex arte, quid officii sui hac in parte sit, & quid cuique conveniat, nôsse debeat, labore meritò supersedemus. Præsertim cùm & Domini Augustani, quorum hac in re studium suô meritô laudamus, & amplectimur, à longo jam tempore glaciem hanc fregerint, ac labore nos illo sollicita sua & accurata opera tam in classes dispensando, quàm ad exactum calculum exigendo, ùt in Theriaca Andromachi, sic in Mithridatii præscriptione commodè sublevaverint.*

ELECTUARIUM PECTORALE PRAGENSE.

℞. Herbæ salviæ
scopolendriæ
Epaticæ nobilis
Pulmonariæ
Rutæ hortensis
murariæ
Hyssopi
Farfaræ
saniculæ
scabiosæ
Veronicæ
Radic. Enulæ campanæ
Plantagin. aquat. aa unc. sem.
Liquiritiæ
Iræos florent. aa drach. sex.
Florum sambuci
Polypodii querni aa unc. sem.
cubebarum drach. tres.
seminis anisi
fœniculi
Pulmon. vulpis præparat. aa. drach. sex.
Hepat. lupi præparat. unc. sem.
Fiat omnium pulvis, & cum sacchari canar. libr. circiter trib9 in aqua hyssopi, farfaræ & scabiosæ aa q. s. soluti, & ad consistentiam cocti misce, ultimò adde
Pulpæ Passular. major.
minor.
caricarum pinguium aa. unc. un.
F. Elect.

ELECTUARIUM PHILONIUM ROMANUM.

℞. Piperis albi drach. quinque.
Opii drach. duas sem.

cassiæ

cassiæ lign. veræ drach. un. sem.
semin. Hyosciami albi drach. quinque.
Apii drach. un.
Petroselini macedonici
Fœniculi
Dauci cretici aa scrup. duos gran quinque.
Croci scrup. un.
Nardi indicæ
Pyrethri
Zedoariæ aa gran. quindecim.
Cinnamomi drach. un. sem.
Euphorbii
Myrrhæ
Castorei aa drach. un.
Mellis optimi triplum, id est, unc. octo drach. quatuor sem.

Fiat ùt artis Electuarium.

Nota. *Compositio hæc ab Authore suo Philon dicto denominatur. Est medicamentum anodynum, cujus drachma una continet opii granum unum. Interim diligenter parandum, cautéque electuarium isthoc dispensandum est.*

ELECTUARIUM REQUIES NICOLAI DICTUM.

℞. Rosar. rubrar.
Violarum aa drach. tres.
Opii
Semin. hyosciami
Papaver. alb.
Scariolæ
Lactucæ
Portulacæ
Psyllii
Cortic. radic. Mandragoræ.
Nucis moschat.
Cinnamomi
Zinziberis aa drach. un sem.
Sacchari candi drach. un.
Sandali albi.
rubri
Spodii
Tragacanthi aa scrup. duos grana quinque.
Sacchari unc. decem.

Cum aqua Rosarum modica misce, fiat lege artis Electuarium.

Nota. *Observanda cautela hæc, ùt mox sub electuario Philonio Romano animadversum est.*

ELECTUARIUM DE SUCCO ROSARUM NICOLAI.

℞. Succi rosar. rubrar.
Sacchari albi aa unc. sedecim.
Scammonii præparat. unc. un. sem.
Sandali albi
rubri
citrini aa drach. sex.
Spodii de ebore drach. tres.

Succus rosarum cum saccharo ad justam consistentiam coquatur, deinde sandala cum spodio ac tandem diagrydium adjiciantur.

ELECTUARIUM DE TAMARINDIS.

℞. Foliorum sennæ sinè stipitibus unc. quinque.
Cinnamomi optimi drach. sex.
Seminis fœniculi drach. unam.
Vini malvatici opt. libr. tres.

Semel ebulliant, posteà in loco calido per diem & noctem digerantur, vase clauso; fiat deinde colatura cum expressione qua extrahantur pulpæ passularum

 rum

rum minor. & major. unc. quatuor ſem. extractæ maſſæ per ſetaceum adde
Pulpæ Tamarindor. unc. ſex.
Cremor. Tartari drach. duas.
Olei Nucis moſchat. ſcrup. un.
Aniſi ſcrup. ſem.
Miſce, fiat Electuarium.

LOOCH ad ASTHMA.

℞. Scillæ præparat. unc. dimid.
Marrubii
Hyſſopi aa drach. un.
Iræos drach. tres.
Mirrhæ
Croci aa drach. ſem.
Mellis q. ſ.
Fiat Looch.

LOOCH de FARFARA

℞. Radic. farfar. libr. un.
Coquantur in aqua ad mollitiem, poſtmodum contundantur, & colentur, addendóque
Mellis libr. duas.
Coquantur ad juſtam conſiſtentiam.

LOOCH de PULMONE VULPIS.

℞. Pulmonis vulpis ſiccati & præparati
Succi glycyrrhizæ
Capillorum veneris
Seminis aniſi
Fœniculi aa unc. unã.
Sacchari clarificat. unc. quindec.
Omnia trita tenuiſſimè ſaccharo excipiantur, & ad debitam formam redigantur.

LOOCH SANUM & EXPERTUM.

℞. Cinnamomi
Hyſſopi
Calaminthæ
Iræos
ſemin. Aniſi
Fœniculi aa unc. ſem.
Capillor. Veneris manip. un.
Macerentur per viginti quatuor horas in aquæ fontanæ libris duabus, poſteà deſtillando abſtrahitur circiter libra una, cum qua ex
Pinearum mundatar. drach. quinque.
Amygdalorum dulcium drach. tribus.
Fiat Emulſio & ſolve in ea Sacchari albi libr. duas.
Additisque
Pulveris Glycyrrhizæ
Tragacanthi
Gummi arabici
Amyli aa drach. tribus.
Iræos drach. duabus.
Optimè miſceantur.

THERIACA ANDROMACHI
In claſſes diſtributa.
CLASSIS PRIMA.

℞. Piperis longi
Radic. Dictamni albi aa libr. duas.
Iræos florentinæ
Flor. Roſar. rubrar. aa libr. unam.

Stœ-

Stœchad. arab. libr. ſem.
Seminis Napi ſativæ libr. unã.
Amomi racemoſi unc. octo.

CLASSIS SECUNDA.

℞. Agarici trochiſcati
Herbæ ſcordii cretici aa libr. unam.
Dictamni cret. libr. ſem.
Cinnamomi acuti unc. tredec.
Caſſiæ ligneæ veræ unc. octo.
Schœnanthi
coſti veri aa unc. ſeptem.
ſeminis petroſel. macedonici libr. ſem.
Semin. Aniſi
Fœniculi aa unc. quatuor.

CLASSIS TERTIA.

℞. Herbæ chamædryos unc. quatuor.
Marrubii
calaminthæ montanæ.
Piperis albi
nigri
Radic. Pentaphyli aa libr. ſem.
calami aromatici
Phu pontici aa unc. quinque.
Spicæ indicæ unc. octo
Celticæ
Semin. ammeos
ſeſeleos
Thlaſpios aa. unc. quatuor.
Dauci cretici unc. duas

CLASSIS QUARTA.

℞. Rhabarbari de levante
Zinziberis albi aa libr. ſem.
Folior. Indorum unc. quinque
cardamomi minoris
carpobalſami
Herbæ polii cretici
chamœpiteos aa unc. quatuor.
centauri minor. unc. duas.
Florum hyperici
Radic. Angelicæ
Gentianæ aa unc. quatuor.
Ariſtolochiæ longæ veræ unc. duas.
Aſari drach. quinque ſcrup. unum.
caſtorei optim. unc. duas.
Ligni aloës unc. un.
Aſphalati
Herbæ majoranæ
Mari veri aa drach. quinque ſcrup. un.
Maſtiches elect. ſcrup. octo.

SEQUENTIA PER SE TERENDA SEORSIM.

Viperarum ſiccatarum non carioſarum, ex Italia allatarum, minutiſſimè inciſarum, & in pulverem redactarum.
ſcillæ præparatæ pulveriſatæ & cum vino cretico in pulticulam formatæ aa libr. duæ.
Myrrhæ electæ
croci auſtriaci vinô creticô diluti aa. unc. octo.
Olibani elect.
Gummi arabici
Terræ Lemniæ
calcithidis toſtæ, vel vitrioli calcin. & vinô creticô ſoluti.
ſtyra-

ſtyracis in granis in therebinthinæ claræ libra ſemis & opobalſami unciis tredecim leniſſimè ſolutæ aa. unc. quatuor.

Bituminis judaici unc duæ.

SEQUENTIA VINO SOLVENDA.

Opii Thebaici libr. duæ.
ſucci liquiritiæ libr. una.
Hypociſtidis
Acaciæ
Gummi ſagapeni aa unc. quatuor.
Opopanacis
Galbani aa unc. duæ.
Et adhibeantur
Mellis deſpumati libr. centum ſedecim.
Vini cretici q. ſ.

Et inſtituatur compoſitio Theriacæ ſecundùm normam in mithridatio præſcriptam.

THERIACA COELESTIS.

℞. Extract. Angelicæ
Extract. Imperatoriæ
Gentianæ
Ariſtoloch rot.
Tormentillæ
calami aromatici
Zedoariæ
cardui Benedicti
Rutæ
ſcordii aa unc. un. ſem.
croci
Myrrhæ aa unc. un.
caſtorei drach. duas.
Opii unc. ſex.
Bezoar. oriental.
cornu cervi phil. ppti
cinnabaris Antimon. pæpar. aa drach. ſex.
ſuccini ppti. unc. ſem.
Olei macis
Nucis moſchatæ
Angelicæ aa deſtillat. drach. un.
camphoræ drach. tres.

Ex omnibus ritè commixtis fiat Theriaca cœleſtis, reliquis ob incertitudinem tam doſium, quàm & ingredientium farraginem, longè anteferenda.

Nota. *Ità eam parare conſulit Helfr. Juncken cap. xii. de extractis pag. m. 595. Viennenſes pulverem viperarum, & ſpiritum Theriacalem congruè ſuperaddunt, ut meliùs in formam extracti redigi queat. Primus hanc theriacam parare docuit Greiffius Pharmacopœus Tubigenſis, quem dein alii imitati ſunt, quia in parva doſi, quod communis in majore præſtat, unde in frequenti uſu hodie exiſtit. Doſis ejusdem eſt à grano ſemis ad grana tria aut quatuor. Incompleta nonnunquam ſinè camphora diſpenſatur.*

THERIACA DIATESSERON.

℞. Radic. Gentianæ
Baccar. Lauri
Myrrhæ
Ariſtolochiæ rotundæ aa unc. duas.

Pulveriſata cum mellis deſpumati libris duabus miſce, & f. Theriaca.

THERIACA SMARAGDINA.

℞. Smaragdi ppti. unc. ſex.
Hyacinthi præparat.
Radic. Pœoniæ
Seminis Pœoniæ
Viſci querni
Cinnamomi
Zedoariæ
Raſuræ unicornu
Eboris aa unc. quatuor.
Dictamni cretici
Seminis citri aa unc. ſex.
Acetoſæ
Coralliorũ rubrŏr. præparat. aa unc. tres.
Croci auſtriaci unc. un.
Syrupi è ſucco limonum.
Mellis deſpumati aa libr. ſeptem.

Miſceantur optimè & fiat lege artis molle electuarium.

CLASSIS VII.

DE ELIXIRIIS, ESSENTIIS, LIQUORIBUS ET TINCTURIS.

ELIXIRIUM ANTIFEBRILE VIENNENSE.

℞. Herbæ Cardui Benedicti
Centauri minoris
Trifolii fibrin. aa unc. un. ſem.
Abſynthii Roman. unc. unam.
Zedoariæ
Galangæ
Corticis Winterani
Caſcarillæ
Aurantiorum recentium aa unc. ſem.
Peruviani unc. tres.
Salis tartari fixi unc. ſem.
Florum ſalis armoniaci martialium.
Nucis moſchatæ aa drach. duas
Inciſa infundantur in
Spiritûs vini libris quinque.
Stent in digeſtione per triduum, dein filtretur elixirium.

ELIXIR ANTIFEBRILE D. D. FUCHS.

℞. Salis armoniaci
Cinerum clavellator. aa unc. un.
Affunde ſpiritûs vini ſ. q. ſtent diebus octo, tandem deſtilla.
℞. Menſtrui prolecti unc. ſex.
Corticis Peruviani pulveriſati drach. ſex.
Aurantior. drach. duas
Radic. gentianæ rubræ drach. tres.
M. & digere leni calore.

ELIXIR APERITIVUM CLAUDERI.

℞. ſalis ciner. clavellator. depurat. unc. duas.
Aquæ florum ſambuci
Cochleariæ
Naſturtii aa ad eminentiam quatuor v. quinque digitorum.

Solutio filtretur & affundatur grosse pulverisatæ
Aloës
Myrrhæ aa unc. una.
Croci unc. sem.
Fiat Elixir.

Nota. *Hac ratione id parare docet D. D. Gabriel Clauderus Archiater Ducalis Saxo-Altenburgicus in sua methodo balsamandi corpora cap. 7. §. 4. Multi enim morbi scorbutici, per elixirium proprietatis Paracelsi, quod cum spiritu vini paratur, sæpè sufflaminantur.*

ELIXIR PECTORALE VOLATILE DULCE.

℞. Seminis Anisi unc. tres.
Fœniculi unc. duas sem.
Flor. Chamomill. Roman.
Hypericon. aa manip. duos.
Radic. Angelicæ unc. duas.
Helenii unc. duas sem.
Levistici unc. sem.
Iræos florent. unc. tres.
Gummi myrrhæ unc. unam.
Benzoës unc. sem.
Nucis moschat. unc. un. sem.
Maceris drach. tres.
Croci Orientalis drach. duas.
Salis Tartari unc. novem
Amoniaci unc. sex
Incis. & contus. affunde
Vini sextar. duos.
Spiritûs Anisi sextar. un. sem.
Digere in Alembico per diem & noctem; dein adde
Aquæ fœniculi sextar. duos.
Destillentur ùt artis est, in recipientem imponantur
Succi liquirit. hispan. unc. duæ
Elixir optimè succo saturatum servetur usui.

Nota. *Hujus descriptionis meminit piæ memoriæ D. D. Gelhausen in Thesibus inaugurali dissertationi expositis de affectibus aut defluxionibus catarrhosis annô 1731. editis fol. 109.*

ELIXIR PECTORALE WEDELII.

℞. Herbæ Rorellæ unc. un. sem.
Radic. Helenii
Iræos florentinæ
Ligni sandali rubri aa unc. un.
Benzoës drach. sex.
Myrrhæ rubræ
Radic. liquiritiæ
Semin. Anisi aa unc. sem.
Croci austriaci drach. tres.
Gummi Ammoniaci drach. duas.
Incisis & contusis speciebus affundatur spiritûs vini rectificati sufficiens quantitas ad quatuor digitorum eminentiam & facta digestione extrahatur elixirium.

Nota. *Non incongruè faciunt, qui species ante extractionem cum tinctura Antimonii aut Tartari acri irrorando humectant, ut ingredientia resinosa meliùs extrahantur, ac postmodum spiritum vini affundunt.*

ELIXIR PROPRIETATIS PARACELSI CUM ACIDO.

℞. Aloës succotrinæ
Myrrhæ electæ aa unc. duas.
Croci orientalis unc. unam.

Aloë

Aloë & Myrrha pulverisata irrorentur spiritu sulphuris, quibus crocum contusum adde, & affunde spiritus vini optimi libram unam semis in vitro capaci, postmodùm vase optimè clauso pone per octo dies in digestionē, his elapsis spiritū tinctū effunde, qui filtretur, & servetur usui.

NOTA. *De Elixirio hoc tanquam proprio invento Paracelsi magna elogia longo ordine exposita legi possunt apud Crollium in Basilica chymica pag. 171. Hujus modum parandi multi impugnant, & dicunt: quòd spiritus sulphuris species comburat, ut vix vigesima pars solvatur, unde D.D. Boerrhave menstrui locò adhibet acetum vini destillatum fortissimum, cui an non simlex bonum acetum vini præferendum foret, legi potest animadversio II. fol. 4. de aceto destillato. Item, collectanea Leidensium, quæ octo Processus conficiendi cum encheiresibus circà istud elixirium observandis proponunt.*

ELIXIR PROPRIETATIS SINE ACIDO.

℞. Aloës succotrinæ
Myrrhæ electæ
Croci optimi aa part. æqual.

Subtilissimè pulverisata irrorentur oleô tartari p. D. sufficienti quantitate in pultis consistentiam: digerantur in vitro capaci benè obturato viginti quatuor horis, dein affundatur spiritus vini rectificatissimus ad eminentiam quatuor digitorum, stent in digestione balnei quatuordecim diebus vase exactissimè clauso, agitando semel de die vas, donec saturatè rubens sit extractum Elixirium.

NOTA. *Cùm hoc elixirium menstruô alcalinô sit extractum, contrariam priori nanciscitur virtutem, unde in febribus malignioris moris locum non habet, neque in aliis morbis, ubi humores satis vel nimium sunt resoluti. Ubi verò aperiendum, laxandum, aut stimulandum est, egregium præstat effectum ad guttas etiam sexaginta exhibitum.*

ELIXIR STOMACHICUM TEMPERATUM VIENNENSE.

℞. Extract. absynthii
Cardui Bened.
Centaurii minor.
Gentianæ
Salis Tartari aa unc. unam.
Flavedinis corticum aurantiorum amarorum ab omni albedine separatorū unc. quatuor.

Incisis affundantur
Vini Hungarici sopronienfis optimi libr. quatuor.

Stent per noctem in infusione calida, facta dein forti expressione, fiat lege artis elixirium.

NOTA. *Compositio hæc Viennensibus debetur, & apud nos ferè in quotidianum usum recepta, dum & à vulgo citrà Medici descriptionem expetitur;*

NOTA II. *Habebitur deinceps cum & sinè corticibus aurantiorum, ut ad arbitrium & expetitionem Medi-*

Medici ordinari possit, incumbitq; D: Pharmacopœis pro infusione vinum hungaricum genuinum absque saccharo, aut ulteriori fuco assumere; sin verò copia vini hungarici non esset, sumendum erit hujus locò vinum genuinum non adulteratum Bohemicum.

ELIXIR VISCERALE D.D. GELHAUSEN.

℞. Aloes succotrinæ q. p.
Pulverisat. affunde
Aquæ fontanæ calefactæ q. s.

Stent in digestione in loco tepido tam diu, donec omnis pars gummosa, per repetitam aquæ calidæ affusionem extrahatur, tinctura demum l. a. inspissetur in consistentiam extracti.

Tali modo etiam extractum myrrhæ paretur. Item,

℞. Salis tartari unc. quatuor.
Calcis vivæ unc. duas.

Calcinentur insimul in olla circiter per mediam horam, & remanebunt hujus salis calcinati unc. circiter quinque.

Tandem,

℞. Aquæ pluvialis libr. sedecim aut quatuor pinetas.

Inspissetur per evaporationem ad remanentiam quatuor librarum, his factis.

℞. Extract. Aloes suprà parati.
Myrrhæ aa unc. duas.
Croci austriaci drach. quatuor
Salis ùt suprà calcinati unc. quinque aut quantum remanet.
Aquæ pluvialis inspissatæ libr. quatuor.
Fellis tauri No. un.
M. f. l. a. Elixirium.

Nota. *Quòd partes resinosæ aloës & Myrrhæ utpotè calidiores & sulphureæ separentur, ac solummodò pars gummosa, & balsamica in hanc compositionem recipiatur, eadem est ratio, ac in pillulis stablianis, in quibus æquè methodo starkiana extracta præparantur, cùm multæ circumstantiæ quandoque resinosa prohibent medicamenta.*

ELIXIR VITÆ MATHIOLI.

VIDE
AQUA

ELIXIR VITRIOLI MYNSICHTI.

℞. Galangæ minor. unc. un. sem.
Calami Aromatici unc. un.
Mentæ crispæ
Salviæ acutifol. aa unc. sem.
Cinnamomi elect.
Caryophillorum
Zinziberis albi aa drach. tres.
Nucis moschatæ
Cubebarum aa drach. duas.
Ligni aloes ponderos.
Corticum citri aa drach. un.
M. fiat pulvis, cui adde
Sacchari cand. alb. unc. sem.

Posteà humectentur spiritu vini optimo, ut fiat mixtura mellis instar, tunc ei in vitro affunde.

Spiritûs vitrioli volatilis, vel martialis ad eminentiam quatuor digitorum, ac digere per septimanas aliquot, tandem liquorem tinctum separa & filtra, relictæ verò

verò materiæ affunde ſpiritûs vini q. ſ. & ulteriùs eſſentiam extrahe, poſteà extractiones omnes miſce, & per quatuordecim dies leni M. B. calore circula, & ad uſum ſerva.

ELIXIR UTERINUM CROLLII.

℞. Caſtorei libr. ſem.
Croci unc. duas.

Extrahe tincturam cum ſpiritu vini, & ſepara ſpiritum ad remanentiam extracti, cui adde

Extract. Arthemiſiæ unc. quatuor.
Salis matris perlarum unc. un.
Olei deſtillat. aniſi
Angelicæ
Succini aa drach duas.

Olea deſtill. in ſufficienti quãtitate ſpiritûs vini ſuperiùs abſtracti ſoluta, & cum reliquis mixta, per octo dies digerantur, poſtea filtrentur

ESSENTIA ABSYNTHII COMPOSITA.

℞. Summitat. abſynthii floridi manip. ſex.
Centaurii minor.
Herbæ cardui bened. aa manip. unum.
Calami aromatici
Zedoariæ aa unc. un.
Cortic. Aurantior.
Citri aa drach. duas.
Cinnamomi unc. ſem.
Caryophillor. drach. un.

Inciſis & contuſis affunde ſpiritûs vini rectificati libras tres, ſtent in digeſtione diebus aliquot, videlicet tribus aut quatuor, vaſe optimè clauſo, poſteà eſſentia extracta chartâ bibulâ coletur.

ESSENTIA ABSYNTHII QUINTA.

Exprime ſuccum ex abſynthio recenti, eúmque cum contuſa herba abſynthii recenti mixtum in dolium quernum ad fermentandum colloca, donec acidiuſculum acquirat odorem, hinc deſtilla per veſicam aut B. M. uſque ad ſiccitatem.

℞. Hujus ſpiritûs libr. unam.
Extracti abſynthii
Salis abſynthii genuini aa unc. ſem.
Olei ejusdem deſtillat. ſcrup. duos.

Miſce & ſerva.

PARI MODO PARANTUR.

Eſſentia Agrimoniæ
Anthos proprio ſpiritu
Cardui benedicti
Centaurii minoris
Chamædryos
Cochleariæ propriô ſpiritu.
Enulæ ex radicibus
Fumariæ
Gentianæ ex radicib.
Hyperici florum
Meliſſ. proprio ſpiritu
Menthæ proprio ſpiritu.
Millefolii
Pimpinellæ ex radicibus Rutæ

Scordii
Trifolii fibrini proprio ſpiritu.

Ubi per triplicem infuſionem labor reiterandus eſt cum ſpiritu vini, præter eas, ubi ſpiritus proprius annotatus eſt.

NON ABSIMILITER PARANTUR

Eſſentia Corticum aurantiorum recentium.
Corticum citri recentium.

Niſì quòd proprio ſpiritu duplex infuſio inſtituenda ſit.

ESSENTIA ABSINTHII SIMPLEX.

℞. Summitat. abſynthii florid. unc. duas.

Superinfundatur ſpiritus vini, ut tres digitos emineat, poſt decantationem, & expreſſionem eſſentia filtretur.

PARI MODO PARANTUR SEQUENTIA.

Eſſent. Agrimoniæ &c.

ESSENTIA ALEXIPHARMACA STAHLII.

℞. Radic. Angelicæ
Imperatoriæ
Helenii aa unc. un.
Carlinæ unc. ſem.
Vincetoxici
Pimpinellæ albæ aa unc un. ſem.

Contuſa infunde in ſpiritûs rectificati optimi libra una, prævia digeſtione extrahatur Eſſentia.

℞. Hujus eſſentiæ & eſſentiæ ſcordii partes æquales.

Mixta ſerventur uſui, & erit eſſentia compoſita.

ESSENTIA AMBRÆ LIQUIDA MINDERERI.

℞. Aquæ, ſive elixirii vitæ ſinè edulcoratione incompletæ unc. quatuor.
Spiritûs roſarum unc. duas.
Ambræ gryſeæ drach. un.
Moſchi ſcrup. ſem.

Infuſa ſtent in digeſtione, donec proba eſſentiæ extractio facta fuerit, quæ filtretur & ſervetur.

ESSENTIA AMBRÆ SICCA.

℞. Ambræ gryseæ drach. un.
Moſchi orientalis gran. ſedecim.
Sacchari candi albi drach. ſex.

Ambra cum moſcho in ſpiritu roſarum ſoluta, & tenuiſſimè trita, ſaccharo in ſubtiliſſimum pollinem redacto, exacta, & continuata tritura miſceatur.

ESSENTIA ANTICATARRHALIS D. D. KIRCHMAYR, NOBILIS DE REICHWITZ.

℞. Eſſent. ſacchar. ſecundùm Diſpenſatorium Brandenburgicum ſecundæ deſcriptionis unc. quatuor.
Spirit. ſalis armoniac. aniſat. drach. tres.
Eſſentiæ Croci
Milleped.

Gum-

Gummi ammoniaci acet. ſquilliot ſolut. aa drach. un.
Succi liquiritiæ hiſpan. drach. un ſem.
M. & digere ſinè filtratione.

Nota. *Cùm Diſpenſatorium Brandenburgicum in omnibus non exſtet manibus, neceſſe videtur Eſſentiam ſacchari utpotè præcipuum ingrediens hujus eſſentiæ catarrhalis annectere, fuſiorem animadverſionē qualiter hæc eſſentia ſacchari penitùs coincidat cum eſſentia dulci Halenſium, videatur præfatum Diſpenſatorium Brandenburgicum fol.* 96.

ESSENTIA SACCHARI

℞. Sacchari albiſſimi unc. tres cū ſemiſſe.
Salis eſſentialis tartari drach. decem.
Spiritûs vini gallici rectificati unc. decem.

Miſce, ſolve, filtra, & revoca ſpiritum deſtillando ad aliqualem mellaginem.

ESSENTIA APERITIVA DE TRIBUS D.D. FUCHS.

℞. Tartari crudi unc. quatuor.
Nitri crudi unc. tres.

Miſce pulveriſata, dein injice per vices in crucibulum ignitum, detonentur adinſtar antimonii diaphoretici, relinque ſic aliquādiu in calcinatione, ut benè omnia calcinentur, tandem in aquæ pluvialis, vel fontanæ libris duabus calefactæ, ſolve ſalis amoniaci pulveriſati unciam unam ſemis, & poſtquam nitrum, & tartarus benè calcinata fuerint, ab igne remove, ac paululum refrigera, maſſámque calcinatam in aquam ſale ammoniaco impragnatam ſenſim injice, nè nimium aqua (quæ valdè volatilis fit & ſpirituoſa) ebulliat, & ex effervescentia vitrum rumpatur, hinc providè poſt quamvis injectionē maſſæ vitrum tegendum citrà agitationem, nè odor hujus eſſentiæ ſpirituoſæ & volatilis nimium evaporet.

Nota. *Eſſentia aperitiva de tribus cum fuligine aut cum millepedibus vivis, & ſucco liquiritiæ, ſola infuſione paratur.*

ESSENTIA AURANTIORUM CORTICUM TARTARISATA.

℞. Tincturæ Tartari ſimplicis libram unam.
Infundantur in ea
Flavedinis corticum aurantiorum amarorum unc. duæ.

Fiat ſuper novos cortices duplex infuſio, fortis expreſſio, filtratio & ſervetur uſui.

ESSENTIA BADIANI CUM SPIRITU NITRI DULCI.

℞. Seminis Badiani unc. un.
Spiritûs nitri dulc. unc. tres.
Affundatur ſpiritus ſemini contuſo, & ſtent in digeſtione, filtra & uſui ſerva.

ESSENTIA CARMINATIVA WEDELII.

 ℞. Ra-

℞. Radic. Zedoariæ unc. unam.
Carlinæ
Galangæ aa unc. ſem.
Corticum aurantiorum
Seminis aniſi
Carvi
Flor. chamomillæ Roman.
Caryophillorum aromat.
Baccar. lauri
Acori veri aa drach. un. ſem.
Macis drach. un.

Miſce, extrahantur contuſa & inciſa groſsô modô cum ſpiritu corticum citri, acidulato ſatis ſpiritu nitri, qui, extractione per aliquod tempus facta, addi debet.

ESSENTIA CASTOREI P. A. R.

℞. Caſtorei Moſcovitici unc. tres
Salis tartari drach. tres.

Caſtoreum minutim inciſum, & cum ſale tartari permixtum, ſpiritûs meliſſæ libr. unâ per octiduum digerendo extrahatur, ac poſteà filtretur.

ESSENTIA CINNAMOMI.

℞. Cinnamomi acuti groſsô modô pulveriſati unc. tres.
Aquæ cinnamomi ſpirituoſæ libr. un. vel q. ſ.

Stent in digeſtione octo diebus circiter, tum extrahatur eſſentia, filtretur & ſervetur uſui.

Nota. *Hac methodo parantur eſſentiæ omnium aromatum, lignorum, corticum, ſeminum, & radicum aromaticarum, quarum vires ab ingrediente deſumuntur;*

HAC METHODO PARANTUR.

Eſſentia Barieræ bravæ.
Caſcarillæ
caſſiæ ligneæ
citri corticum
cortic. peruvian.
cochlear. cum extract.
Ligni aloes
Sancti
Saſſafras
Macis quintæ
Zedoariæ

ESSENTIA CROCI.

℞. Croci auſtriaci unc. un.
Spiritûs vini crocat. unc. ſex.

Digere per tempus in phiola longi colli benè obturata, tunc effunde & ſerva.

Nota I. *Præſtaret potiùs ſpiritum debiliorem croci pro hac eſſentia ſumere, ut & principium croci mucilaginoſum, in quo præcipuæ vires latitant, extraheretur, ſpiritu enim rectificato ſolummodò partes ſulphureæ ſolvuntur, & quod aquoſum aut mucilaginoſum eſt, intactum remanet.*

II. *D. D. Scholtzius ſequentem commendat.*

℞. Croci opt. integri unc. unam.
Micæ panis ſimilaginei non fermentati unc. duas.

Simul contunde in mortario lapideo, ſenſim affundendo vini boni canarienſis ſufficientẽ quãtitatem, ut fiat puls mollis, omniáque croci ſtamina ſint comminuta; Hinc pulti porrò affunde vini ejuſdem uncias ſex, & in vitro benè clauſo aliquamdiu relinque, & digere, ſic acquires tincturam inſtar ſanguinis rubicundam.

vella-

ESSENTIA FULIGINIS.

℞. Fuligin. ſplendidæ unc. duas.
Cinerum clavellator. unc. ſex.
Salis ammoniaci unc. un.
Aquæ pluviæ libr. tres.

Primò infundantur cineres clavellati in aqua pluviæ, dein ſal ammoniacum, quô ſolutô addatur pulveriſata fuligo, ſtent inſimul vitrô probè clausô (media parte tamen vacua manente) in digeſtione per viginti aliquot dies in loco tepido, ſæpiùs de die agitata, dein filtrata tinctura ſervetur uſui

ESSENTIA FUMARIÆ COMPOS.

℞. Extracti fumariæ
Chamædryos
Veronicæ aa drach. duas.
Radic. Sarſæparillæ
Putamin. nuc. jugland. aa unc. un.
Salis Fumariæ
Sarſæparillæ aa drach. un.
Herbæ Fumariæ
Chamædryos
Scolopendriæ
Veronicæ aa manip. ſé.
Spiritûs fumariæ libr. duas ſem

Extrahatur lege artis eſſentia.

ESSENTIA FUMOSA D. D. FUCHS.

℞. Olei vitrioli optimi unc. ſex.
Nitri pulveriſat. unc. tres.

Miſce & deſtilla ex retorta vitrea, Tandem

℞. Menſtrui deſtillat. drach. tredecim.
Spiritus vini rectific. unc. tredecim.

Miſceantur guttatim nè vitrũ incandeſcat, & denuò deſtillentur per gradus.

Nota. *Eſſentia hæc ordinatur quandoque ſub nomine ſpiritus fumoſi D. D. Fuchs.*

ESSENTIA GUMMI AMMONIACI.

℞. Gummi ammoniaci unc. tres.
Liquoris nitri fixi unc. un.
Spiritûs vini rectificatiſſimi libr. unam.

Stent per tempus in infuſione ut extrahatur eſſentia.

ESSENTIA LIGNORUM D. MICHAELIS.

℞. Ligni Saſſafras unc. duas.
Sancti unc. tres.
Rhodii unc. ſem.
Radic. Chinæ
Sarſæparillæ
Sandali rubri
citrini aa unc. un.

Inciſa infundantur cum
Spiritûs fumariæ deſtillat. libr. tribus.

Et poſt octo dierum digeſtionem extrahatur, & filtrata ſervetur uſui eſſentia.

Nota. *Stabelius in Chym. Dogmat. exper Tom. I. ſuadet, ut ad præparationem hujus eſſentiæ duplex aſſumatur menſtruum, nempe liquor Terræ foliatæ Tartari, cum quo ſpecies iſtæ priùs irrorandæ, & per octiduum digerendæ, ac ſpiritus vini rectificatus, cum quo poſtmodùm ex-*

extrahendæ sunt, idque propterea, ut partim mediante menstruo Salino-sulphureo partes resinosæ specierum eò meliùs solvantur, quod tam promptè per spiritus ardentes solitarios non perficitur, imprimìs, si tales non summè rectificati sint, partim etiam, ut eò gratiùs exinde proveniat medicamentum, hujúsque vis medicamentosa inde simul augeatur.

ESSENTIA MACIS.

℞. Florum macis unc. quatuor.
Liquor. nitri fixi unc. duas.
Mixta stent in digestione ad exsiccationem usque, tunc affunde
Spiritûs vini rectificat. libr. duas.
Ac digere, posteà destilla ex arena madida aliquoties cohobando, nunquam tamen ad siccitatem abstrahendo, tandem spiritum prolectum affunde
Floribus macis pulverisatis q. l.
Et stent ità per tempus, tunc filtretur, & servetur essentia.

ESSENTIA MACIS QUINT.

℞. Spiritûs Macis libr. un.
Extract. ejusdem
Salis volatil. ejusdem aa unc. sem.
Olei ejusdem genuin. destillat. scrup. duos.
M. & serva usui.

ESSENTIA MYRRHÆ.

Paratur ùt essentia macis, cui si crocum, castoreum, & camphoram addideris, ínque essentiam compositam redegeris, habebis essentiam in affectibus uteri ab Helfrico Juncken commendatissimam.

ESSENTIA NERVINA COMPOSITA D. D. SMITH.

℞. Cortic. Peruv. unc. un.
Extrahe cum spirit. nitri dulc. tincturam, tandem
℞. Radic. aristoloch. long. rotundæ aa drach. sex.
Baccar. juniperi viridium unà cum turionibus.
Herbæ chamædryos
Chamæpyt. aa manip. unum.
Cinnamomi acuti
Caryophillor. aa drach. tres.
Concis. & contus. M. & in vitro magno illis superfunde spiritus nitri dulcis ad eminentiam trium digitorum, stent in digestione per quatriduum, facta forti expressione filtretur, & cum tinctura superiori cortic. Peruv. misce, atque adde.
Spiritûs salis am̃oniaci volatil. unc. duas.
Servetur usui.

ESSENTIA NERVINA SIMPLEX EJUSDEM D.D.

Fit eôdem modô, quô superior, nisì quòd locò spiritûs nitri dulcis accipiatur Essentia aperitiva de tribus, cæteroquin à superiori nec in modo, nec ingredientibus, nec usu discrepat.

ESSENTIA PINI.

℞. Strobulorũ Pini viridium vel turionum quant. placet.
Incisis superaffundatur spiritus

tus cochleariæ ad eminentiam quatuor digitorum, ſtent inſimul aliquamdiu in digeſtione, dein forti expreſſione extrahatur eſſentia, filtretur & ſervetur uſui.

ESSENTIA SATYRIONIS COMPOSITA VIENNENSIS.

℞. Radic. ſatyrionis unc. duas.
ſcinci marini unc. unam.
ſpecierum diapipereon unc. ſem.
Cantharidum à capitibus & alis liberatarum drach. duas.
Vanigliæ drach. un.
Aquæ ſeu elixirii vitæ libr. duas
Confectionis alkermes completæ unc. duas.

Conciſa miſceantur, & poſt extractionem exprimatur, & filtretur eſſentia.

ESSENTIA SUCCINI.

℞. Succini flavi ſubtiliſſimè pulveriſati unc. unam.
Spiritûs vini tartariſat. rectificatiſſimi unc. octo.

Leni calore in phiola optimè clauſa per aliquot dies digerantur, & aliquoties moveantur, tandem liquor tinctus filtretur.

ESSENTIA TERRÆ CATECHU. vide Tinctura.

ESSENTIA VIPERARUM VIENNENSIS.

℞. Jecinorum & cordium viperarum numero quinquaginta recenter exſiccata & contuſa cum
ſpiritûs vini rectificati libra una.

Infundantur octo diebus ad totalem extractionem, dein addatur
ſpiritûs viperarum volatilis libra ſemis.
ſalis volatilis viperarum unc. ſem.

Miſceantur, digerantur & filtretur ad uſum eſſentia.

ESSENTIA VANIGLIÆ.

℞. Spiritûs vanigliæ libr. un.
Vanigliæ optimæ unc. duas.
Salis Tartari drach. duas.
M. f. digeſtio.

ESSENTIA VIVIFICA.

℞. Raſuræ cornu cervi
Ciner. clavellator. aa unc. un. ſem.
Spiritûs ſanguinis humani libr. duas.

Miſce, fiat deſtillatio per retortam, poſteà
℞. Cor, Pulmones & hepar cervi cum cruore

Infunde cum ſpiritu priore deſtillato per aliquot dies, dein repetatur deſtillatio; quâ peractâ, calcina caput mortuum, & ex relictis cineribus extracto ſali ſuperaffunde ultimum deſtillatũ ſpiritum, ſtent in digeſtione per octo dies, tandem filtrata eſſentia ſervetur uſui.

DE LIQUORIBUS.

LIQUOR ANODYNUS MINERALIS HOFFMANNI.

℞. Spiritûs vini rectificatiſſimi ſinè odore libr. ſex.

 Olei

Olei vitrioli libr. duas.

Inſtilletur ſucceſſivè oleum vitrioli, & ſtet per viginti quatuor horas in digeſtione, dein leniſſimo igne deſtillatio inſtituatur, & fiat cohobatio repetita per duas vices & uſui ſervetur.

LIQUOR CORNU CERVI SUCCINATUS P. A. R.

Sali ſuccini volatili rectificato, & in aqua fontana ſoluto, ſumendo quantum lubuerit, affundatur ſpiritus cornu cervi rectificatus, vel ejuſdem ſal volatile injiciatur, uſque dum non ampliùs efferveſcant, liquor hic coaguletur, & ſi opus fuerit, denuò in aqua ſolvendo & filtrando depuretur, iterúmque exſiccetur.

℞. Salis hujus unc. ſem.
Aquæ ceraſor. nigror. unc. un. ſem.

Solve & ſerva pro liquore cornu cervi ſuccinato.

Alii juxtà D. D. Mich. hunc liquorem ſic parare docent.

℞. Spiritûs cornu cervi probè rectificat. unc. quatuor.
Salis volat. cornu cervi
Succini opt. depurat. aa. unc. unã.

Mixta digere in phiola optimè clauſa leni balnei calore, donec exactè uniantur, poſtmodùm deſtilla ex retorta, juncturis optimè clauſis ex arena igne moderato, & aliquoties cohoba.

LIQUOR CORDIALIS TEMPERATUS D. D. KIRCHMAYR NOBILIS DE REICHWITZ.

℞. Aquæ cordialis frigid. ex ſuccis unc. quatuor.
Tinctur. flor. papav. rhœad. unc. duas ſem.
Spiritûs fumoſi D. D. Fuchs unc. ſem.
M. & ſervetur uſui.

LIQUOR EMETICUS PRO DELICATIS.

℞. Vitri Antimonii confricti unc. tres.
Cremoris tartari drach. ſex.
Infunde in
Vini albi libra una
Stent in digeſtione per tres dies, dein adde
Succi cydonior. libr. ſem.
Caryophillorum
Cinnamomi aa drach. unam.

Stent denuò in digeſtione per duas dies, tandem coquantur, ut ſemel ebulliant, poſthac filtra, filtratóque liquori adde
Sacchari pondus æquale
Ebulliant iterum ad ſolutionem, & ſerventur uſui.

LIQUOR NITRI FIXI.

Fit, ſi Nitro in crucibulo fortiſſimum ignem ferenti, liquefacto per vices tam diu injiciuntur carbones pulveriſati, donec hi non ampliùs cum Nitro conflictantur, & deſuper comburuntur: ſic evadit nitrum fixum planè alcaliſatum; hoc tabulæ vitreæ impoſi-

positũ, & in loco frigido humido positum deliquescit in liquorem Nephriticum insignis effectûs.

LIQUOR PECTORALIS MYNSICHTI CUM SULPHURE.

℞. Aquæ cinnamomi buglossatæ
caponis aa unc. quatuor.
Pulmonum vituli
Hederæ terrestris
Veronicæ
Farfaræ aa unc. tres.
Lactis sulphuris drach. tres.
Florum sulphuris Drach. un. sem.
Magisterii corall. rubr. drach. unam.
Perlar. orient. drach. un. sem.
Misce & cum Man. Christi simpl. unciis tribus edulcora, & ad usum serva.

Nota. *Si quis liquorem hunc sine sulphure desiderat, sulphur omittendum.*

LIQUOR TERRÆ FOLIATÆ TARTARI.

Fit, dum Arcanum Tartari aëri liberiori exponitur, aut in cellam reponitur, ubi facilè liquescit.

DE TINCTURIS.

TINCTURA ALOES.

℞. Aloes succotrinæ unc. quatuor.
Cum spiritûs vini Tartarisati libra una extrahatur tinctura.

TINCTURA AMARA.

℞. Summitatum absynthii vulgar. manip. tres.
Summitat. Centaur. minor.
Herbæ Scolopendriæ
Cardui benedicti aa manip. tres.
Cochleariæ manip. un.
Baccar. juniper. manip. tres.
Corticum exteriorum aurantiorum.
Radic. Zedoariæ
Gentianæ
Aloës succotrinæ
Myrrhæ elect. rubr. aa unc. un.
Incisis & contusis affunde spiritûs vini gallici optimi libras quatuor, degerantur octiduô, colentur, servetur usui.

TINCTURA ANODYNA LUDOVICI.

℞. Extract. Opii unc. un.
Aquæ Apoplecticæ
Spiritûs vitrioli roridi aa unc. quatuor.
Mista stent, donec liquor probè tinctus, & opium ferè solutum exstet.

TINCTURA ANTIFEBRILIS D. D. FUCHS, vide sub ELIXIRIO pag. 139.

TINCTURA ANTIMONII ACRIS.

℞. Reguli antimonii martialis purissimi.
Nitri depurati optimi aa.
Pulverisata & mixta detonentur in crucibulo ignito & cœmententur horæ spatio: cœmentatum

tatum pulveriſetur, in mortario calido, & tunc tinctura extrahatur in cucurbita cum ſufficienti quantitate ſpiritûs vini rectificatiſſimi.

TINCTURA ANTIMONII TARTARISATA.

℞. Antimonii optimi libr. ſem.
Salis tartari extemporanei libr. unam.

Pulveriſata miſce exactè, & igne ſatis valido liqua, liquata in fluore per horam fortè ſerva, ſed proſpice, nè crucibulum perforetur, & jacturam patiaris; Tum effuſam, in mortarium ferreum calefactum, maſſam adhuc calentem in pulverem reduc ſubtilem, hunc illicò, antequam ex aëre humiditatem attrahat, vitro commodo inde, ac ſpiritûs vini rectificatiſſimi, quantum ſufficit, affunde, ut quatuor aut quinque digitos ſupereminent, digere, donec optimè tingatur. Poſſunt etiam Scoriæ à regulo martiali vel ſimplici cum tartaro & nitro factæ adhuc candentes contundi, ſpiritui vini rectificatiſſimo immergi & digeri ad ſufficientem tincturæ extractionem. Spiritus vini ad hoc negotium debet optimè eſſe dephlegmatus, minimè ſuprà ſal tartari vel cineres clavellatos abſtractus.

NOTA. *Sal Tartari extemporaneum paratur ex anatica parte Nitri & Tartari in patena ferrea detonati & depurati.*

TINCTURA ANTIMONII.

Eadem paratur methodô, quâ ſuperior, ſed cùm aniſata tinctura antimonii expetatur, ſic ad Tincturæ Antimonii tartariſatæ libram unam addatur olei aniſi genuini drach. ſemis.

TINCTURA BENZOES

℞. Benzoës unc. tres.
Styracis calamitæ unc. un. ſem.
Spiritûs vini rectificatiſſimi libr. duas.

Digerantur vitrô clausô ad ſaturatam tincturæ extractionem, dein filtretur.

TINCTURA BEZOARDICA MICHAELIS.

℞. Radic. Zedoariæ unc. duas.
Angelicæ
Pimpinellæ
Valerianæ veræ
Vincentoxici
Calami aromatici aa unc. un.
Coſti electi
Cortic. citri exter. recent.
Baccar. juniper. aa unc. duas.
Myrrhæ unc. tres.
Herbæ Scordii
Meliſſæ
Millefolii
Rutæ aa manip. unum.
Camphoræ unc. un.
Theriacæ optimæ libr. un. ſem.
Spiritûs ſambuci menſuras duas.

Poſt octiduanam digeſtionem abſtrahantur in arena ſpiritûs libr. duæ, his adde

Spi-

Spiritûs Theriacalis libr. un. ſem.
Vitrioli Volatil. unc. ſex.

Miſceantur & tingantur cum fructu ſolani quadrifolii, quod vulgò herba paris dicitur, ac filtrentur.

TINCTURA CORALLIORUM P. A. R.

Spiritum mellis funde ſuper fragmenta coralliorum rubicundiſſima pulveriſata, digerendo toties extrahe tincturam, donec corpus album & quaſi mortuum remanſerit. Omnes extractiones mixtas lento igne coagula, reſiduúmque denuò rectificatiſſimo vini ſpiritu extrahe & filtra.

NOTA. *Pari modo parantur reliquæ tincturæ, uti tinctura corall. cum ſpiritu panis, cum ſucco citri & Tinctura corall. cum viſco quercino.*

TINCTURA CORALLIORUM VIVIFICA.

Vide

ESSENTIA VIVIFICA. Pag. 149.

TINCTURA FULIGINIS

Vide

ESSENTIA FULIGINIS Pag. 147.

TINCTURA LACCÆ.

℞. Gummi Laccæ ſubtil. pulveriſati unc. ſem.
Aluminis crudi drach. duas.

Mixtis affundatur
Aquæ pluviæ deſtillatæ unc. una ſem.

Bulliant parùm, donec gummi & alumen debitè ſolvantur, quibus refrigeratis adde
Aquæ Salviæ
Cochleariæ aa unc. un.

Mixta & per bibulam colata ſervetur.

TINCTURA LAPIDIS LAZULI.

Rariſſimi uſus eſt, & ferè nullius valoris, parari poteſt cum floribus ſalis amoniaci & ſpiritu vini alkoholiſato.

TINCTURA MARTIS APERITIVA ZWELFERI.

℞. Vitrioli Martis
Arcani Tartari ſicci ſeu Terræ foliatæ Tartari aa q. p.

Miſce in mortario vitreo ac ſtent per aliquot dies, donec efflореſcant crocei floſculi, tunc adde ſpiritûs vini rectificati ad eminentiam trium vel quatuor digitorum & extrahe tincturam.

TINCTURA VITRIOLI MARTIS LUDOVICI AQUOSA.

℞. Vitrioli Martis
Tartari aa libr. ſem.
Aquæ ſimplicis libr. ſex.

Coque ad invicem, & inter agitandum lentè exhalet ad conſiſtentiam mellis; huic magmati affunde ſpiritûs vini gallici libras ſex, filtra, & ſi vis libram unam, ſpiritûs affuſi balneo Mariæ abſtrahe,

ſtrahe, aut abſque abſtractione pro lubitu Papaveris erratici eſſentia ulteriùs tingendam, acquires Tincturam egregiam.

TINCTURA MARTIS CUM SUCCO POMORUM ROLFINCKII.

℞. Limaturæ Martis repurgatæ libr. ſem.
Succi pomorum redolentium recenter expreſſ. q. ſ.

Stent in digeſtione per aliquot dies, agitando ſæpiùs vas, & liquorem ipſum. Poſteà coletur liquor per linteum ſubtile, reſiduò novus ſuccus affundatur, digeſtione peracta, iterum, quod tinctum, decantetur. Conjuncti imprægnati ſucci exhalent, ad medietatem & ultrà. Ut Tinctura durabilior & penetrantior evadat, tum

℞. Hujus Tincturæ partes ſex.
Spiritûs vini rectificati partes duas.

Miſceantur, digerantur, & Tinctura filtrata ſervetur uſui.

TINCTURA METALLORUM.

℞. Reguli Antimonii Martialis libr. un. ſem.

Pulveriſata fluant in crucibulo igne fortiſſimo, addendo dum fluunt.

Cupri Hungarici
Stanni Anglici aa unc. tres.

Fluant ſimul per horam mediam injiciendo ſucceſſivè aliquam partem Nitri

Tartari aa pulveriſator. & mixt. aa unc. quatuor.

Poſt mediam horam addantur

Lunæ laminatæ & inciſæ drach. decem.
Folior. auri unc. una.

Fluant ſimul per quadrantem horæ, injiciendo ter aut quater de mixtione præcedenti nitri & tartari, his benè in fluxione unitis effundatur regulus in conum fuſorium, qui aquâ calidâ abluatur, tum ſumantur.

Hujus reguli pulveriſati libr. duæ.
Nitri puriſſimi pulveriſati unc. quindecim.

Miſceantur, & cochleatim crucibulô ignitô injiciantur optimè tectô, ſpatiô horæ unius cum dimidia fluant igne fortiſſimo, ſubinde inſtrumentô ferreô agitando, ità tamen ùt crucibulum ſtatim iterum tegatur, caveatur tamen ſummoperè, nè carbones in crucibulum cadant, nam tunc materia in crucibulo præcipitabitur nullius momenti. Maſſa poſt unam & mediam horam effundatur in mortarium ferreum calidum, & ſtatim calidiſſima pulveriſetur, calenti adhuc pulveri mox affundantur.

Spiritûs vini rectificatiſſimi libr. ſex.

Stent in arena etiam calefacta, ſimul leni igne per tres dies, dein tinctura extracta decantetur, & rursùs affundantur.

Spiritûs vini rectificatiſſimi libræ tres.

Stent per octiduum in digeſtione: rursùs decantetur, & miſceatur utraque tinctura, ac filtretur, & ſervetur uſui.

TINCTURA PROPRIETATIS MYNSICHTI.

℞. Spiritûs anisi unc. sedecim.
Elixir. Proprietat. unc. unam.
Confectionis alkermes incomplet. unc. sem.
Flor Tunic. rubr. drach. un.

Stent in digestione, donec perfectè tingantur, demum tinctura filtrata sacchato clarissimo edulcoretur.

TINCTURA RHABARBARI AMARICANS.

℞. Rhabarbari optimi pulverisat. unc. sem.
salis tartari albi drach. duas.
Liquoris Cychorii libr. sem.

Infusa stent in loco tepido horis viginti quatuor, posteà filtretur tinctura.

Nota. *Liquor Cychorii constat ex anatica parte succi Cychorii & vini destillati.*

TINCTURA STOMACHALIS BONTEKOE.

℞. Summitat. Absynth. manip. un sem.
Centaur. minor.
Herbæ Cardui Bened.
Scolopendriæ
Baccar. Juniperi aa manip. un.
Radic. Zedoar.
Enul.
Gentianæ
Cortic. Aurantior. aa drach. sex.
Citri
Rhabarbar. elect.
Aloës succotrin. aa unc. sem.
Myrrhæ elect.
Cardamom. minor.
Cinnamomi
Mastichis aa drach. sem.
Opii grana quindecim.
M. Infunde in
Spiritûs vini libr. tribus.
Ut extrahatur Tinctura.

TINCTURA STOMACHALIS STOCKAMERI.

℞. Aloës succotrinæ
Myrrhæ elect.
Florum Tunicæ
Croci austriaci aa drach. duas.
Cortic. aurantior. externor.
Radic. Galangæ aa drach. sex.
Confect. alkermes incomplet. unc. un.

Incisa misce, quibus affundatur Elixirii vitæ Mathioli libra una semis
Spiritûs vitrioli drach. una.
Stent in vitro benè clauso ad tincturæ extractionem.

TINCTURA TARTARI AURANTIATA.

Vide sub ESSENTIIS 145.

TINCTURA TARTARI COMPOSITA.

℞. Tartari crudi pulverisat. libr. duodecim.
Ligni Gvajaci libr. quatuor.
Sassafras
Radic. Sarsæparillæ aa libr. unam sem.
Chinæ libr. sem.

Concisa & contusa indantur retortæ, destillando per gradus, liquor separetur ab oleo fœtido, & in eo liquore infundantur.
Crystallorum Tartari libr. sem.
Rasuræ Ligni sancti

Corticis ejusdem aa unc. quatuor.
Ligni Saſſafras
Fraxini
Radic. Sarſæparillæ aa unc. un. ſem.
Chinæ unc. duæ ſem.
Sandali rubri unc. un.
Spiritus Vitrioli drach. tres.

Stent omnia per aliquot dies in digeſtione, tum exprimantur, & filtretur tinctura.

TINCTURA TARTARI SIMPLEX.

℞. Salis Tartari depurat. q. v.

Funde illud in valido crucibulo igne intenſo, ac in fluxu tam diu conſerva, donec in colorem è rubro cœruleum tranſierit, effuſum in mortarium ferreum calefactum indito ſuperaffunde ſpiritum vini rectificatiſſimum, ad eminentiam trium digitorum, digerantur per aliquot dies in arena interdum agitando, donec ſpiritus vini rubicundo colore tingatur: quô decantatô novum reaffunde, quamdiu opus fuerit. Ultimò liquores tinctos filtra, & ad tertiam partis remanentiam abſtrahe, quam ad uſum ſerva, abſtractus autem ſpiritus, pro ſpiritu vini tartariſato inſervire poteſt.

TINCTURA TEMPERATA STOMACHALIS VIENNENSIS.

Vide ſub ELIXIRIIS pag. 141.

TINCTURA TERRÆ CATECHU.

℞. Terræ Catechu, ſeu Japonicæ Libr. ſem.
Spiritûs vini tartariſati libr. duas.

Terræ ſubtiliſſimè pulveriſatæ affundatur ſpiritus, digerantur inſimul, donec ſpiritus optimè tingatur, demum decantetur, ac reſiduo novus ſpiritus affundatur, qui iterum poſt debitam digeſtionem decantetur, toties id reiterando, quamdiu ſpiritus colore imbuitur, tandem tincturas extractas conjungendo, ac filtrando, aut etiam ſi non ſaturata, partem menſtrui abſtrahendo, Tinctura aſſervetur.

CLASSIS VIII.

DE CERATIS & EMPLASTRIS.

CERATUM CITRINUM.

℞. Reſinæ libr. unam.
Ceræ citrinæ libr. ſem.
Sevi Cervini unc. quatuor.
Therebinthinæ unc. duas.

Liquando & colando f. Emplaſtrum.

No-

NOTA. *Emplastri nomine etiam expetitur, cui dum libræ uni, æruginis mundatæ drachmæ duæ addantur, efficitur emplastrum viride, id, quod communiter à plebeis sub nomine* Grünes Zug-Pflaster *expeti solet, inservit ad ulcera purganda.*

CERATUM MATRICALE P. A. R.

℞. Galbani præparati unc. un. sem.
Assæ fœtidæ unc. sem.
Myrrhæ rubræ drach. duas.
Bdellii mollis drach. unam.
Gummi animæ drach tres.
Tacamahacæ drach. quinque.
Matricariæ pulverisatæ.
Arthemisiæ aa drach. sem.
Semin. dauci scrup. un.
Therebinthinæ unc. sem.
Ceræ unc. quatuor.

Fiat ceratum, ceræ liquatæ therebinthinam & galbanum invicem liquefacta post reliquorum pulverem immiscendo.

CERATUM SANTALINUM MESUE.

℞. Rosar. rubr. unc. un. sem.
Santali rubri drach. decem.
albi
citrini aa drach. sex.
Boli armen. drach. septem.
Spodii drach. quatuor.
Camphoræ drach. duas.
Olei rosati libr. unam.
Ceræ albæ unc. sex vel q. s.

Ceræ cum Oleo liquefactæ commisce pulveres.

EMPLASTRUM ALBUM COCTUM.

℞. Olei libras duas.
Cerussæ venet. libras quatuor.

Cerussam cum oleo leni igne ad debitã consistentiam coquendo f. Emplastrum.

EMPLASTRUM de AMMONIACO VIENNENSE.

℞. Unguenti de Althæa libr. sem.
Ceræ citrin. libr. un.
Emplastri de meliloto.
Gummi ammoniaci aa unc. quatuor.
Galbani
Bdellii aa unc. sem.
Resinæ pini unc. quatuor sem.
Therebinthinæ claræ.
Pulveris radic. Iræos florentin.
Bryoniæ aa unc. un. sem.

Misceantur, & fiat emplastrũ; unguentum, ceram, resinam, & emplastrum leniter liquando, gummi ammoniacum, & galbanum in therebinthina solvendo, tandem bdellium & pulveres radicum addendo.

EMPLASTRUM DE BACCIS LAURI.

℞. Baccar. Lauri libr. un.
Thuris.
Mastichis
Myrrhæ rubræ
Cyperi rotundi
Costi dulcis
Olei laurini
Therebinth. claræ aa libr. sem.
Ceræ citrinæ libr. un. sem.

Fiat lege artis emplaſtrum; oleum therebinthinam, & ceram invicem liquando, & facta ab igne remotione cætera admiſcendo.

Nota. *Si cui libuerit pro indicationis urgentia præfatæ deſcriptioni mel jungere, vel illud ſaltèm in excipientis locum vocare liberum erit, in ſubſcriptione autem Pharmacopœus deſuper monendus.*

EMPLASTRUM DE BARBA CAPRINA.

℞. Therebinthinæ venet. unc. ſex
Reſinæ albæ
Pulv. radic. Barbæ caprinæ. ſeu ulmariæ
Conſolidæ Major. aa unc. duas.
Lapid. hæmatit. ppti unc. un ſem.
Sanguinis draconis unc. unam.
Gummi elemi unc. ſex.
M. f. lege artis Emplaſtrum.

EMPLASTRUM BENEDICTUM MUSITANI.

℞. Olei Olivarum libr. tres.
Radic. arundinariæ unc. duas
Radic. liliorum cœleſt. ſeu Irid. noſtr. unc. tres.
Althææ unc. un. ſem.

Dum oleum bullire incipit, injiciantur ei radices mundatæ, & inciſæ, coquantur inſimul tam diu donec cum oleo nigreſcant, dein ab igne remove & adde
Ceruſsæ unc. tres.
Tutiæ præparat. unc. ſem.
Ceræ citrinæ unc. tres.

Cum ſpatula tam diu agita, donec emplaſtri conſiſtentiam acquirat, tandem adde
Balſami Indici nigri drach. tres.

Fiat lege artis Emplaſtrum.

Nota. *Emplaſtrum hoc prout magnæ efficaciæ æſtimatur, ità magnum & circumſpectum exigit laborem, antequam debitam acquirat conſiſtentiam, cui parando quandoque duæ aut tres dies impendi, & ad parcendum iteratum laborem doſis ſingulorum triplicari aut quadruplicari ſolet.*

EMPLASTRUM de BETONICA.

℞. Therebinthinæ
Reſinæ Pini
Ceræ flavæ aa unc. duas.
Pulveris Betonicæ unc. ſem.
Maſtiches
Thuris aa drach. duas.
Mumiæ drach. un. ſem.

Fiat, ceræ cum reſina liquatæ, colatæ, ac poſteà refrigeratæ addendo therebinthinam & reliquorum ingredientium pulveres ſecundùm artem Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DE CICUTA.

℞. Succi Cicutæ ex tota planta expreſſi libr. duas.
Olei capparum libr. unam.
Coquātur ad aquoſitatis conſumptionem, dein addantur
Ceræ citrinæ libr. un. ſem.
Pulveris cicutæ libr. ſem.
Gummi ammoniaci acetô ſoluti & inſpiſſati unc. tres.
M. f. Emplaſtrum.

EMPLASTRUM CITRINUM.
Vide CERATUM CITRINUM. pag. 156.

EMPLASTRUM DE CRUSTA PANIS VIENNENSE.

℞. Cruſtæ panis toſtæ, & per mediam horam in aceto roſaceo maceratæ unc. octo.
Pulveris Maſtichis
Menthæ
Nucis moſchatæ aa unc. unam.
Olei maſtichini
cydoniorum
Therebinthin. aa unc. quatuor
Ceræ unc. octo.
Ceræ, therebinthinæ, & oleis invicem liquefactis cruſta panis & reliqui pulveres admiſceantur, & dein fiat emplaſtrum.

EMPLASTRUM DEFENSIVUM RUBRUM VIENNENSE.

℞. Olei hyperici libr. un. ſem.
ceræ citrinæ libr. duas ſem.
Boli armenæ
Minii rubri aa unc. octo.
Thuris
Maſtichis aa unc. unam.
camphoræ unc. ſem.
Miſceantur ut f. l. artis Emplaſtr.

EMPLASTRUM DEFENSIVUM VIRIDE.

℞. Ceræ citrinæ
Reſinæ albæ aa libr. ſem.
Sevi hircini
Therebinthinæ aa unc. ſex.
Herbæ alchimillæ ſubtiliſſimè pulveriſat. unc. quatuor.
Liquatis liquandis admiſce pulverem alchimillæ q. ſ. pro malaxatione f. l. artis emplaſtrum.

EMPLASTRUM DIABOTANUM VIENNENSE.

℞. Succi radicis & foliorum enulæ campanæ
Bardanæ
Betaſitidis
chamæpytyos
Leviſtici
Raphani ruſtic.
cucumeris agreſt.
Gratiolæ
chelidoniæ minoris aa unc. tres.
Sedi minoris libr. un.
chelidoniæ major.
Hormini
cicutæ aa libr. duas.
Miſceantur & coquantur ad conſumptionem medietatis addendo
Olei Euphorbii
Lumbricor. terreſtrium.
Lythargirii aurei aa libr. duas.
Coquantur aſſiduè movendo ſpatula, ad emplaſtri conſiſtentiam, dein in illis liquefiant
ceræ flavæ
Picis nigræ aa libr. una.
therebinthinæ claræ libr. ſem.
Bituminis judaici unc. quatuor
Styracis liquidæ unc. duæ.
Ab igne remotis, & ſemirefrigeratis immiſceantur
Gummi ammoniaci
Gummi Galbani
Opopanacis
Sagapeni in aceto ſolutorum aa unc. un. ſem.
Pulveris Gummi tacamahacæ unc. duæ.

Bdellii
Olibani
Maſtichis
Baccar. lauri
Sulphuris vivi aa unc. una ſem.
Radic. iræos florentin.
cyclaminis
Aſari
Hellebori albi
Ariſtolochiæ longæ rotundæ.
Seminis Angelicæ
cumini aa unc. ſem.
Olei de lateribus unc. duæ.
camphoræ oleô caryophillorũ ſolutæ unc. ſem.
Miſceantur omnia exactè, ut fiat l. a. emplaſtrum.

EMPLASTRUM DIACHYLUM cum GUMMATIBUS VIENNENSE.

℞. Emplaſtri diachyl. ſimplic. unc. viginti.
Gummi Galbani
Ammoniaci aa unc. un.
Opopanacis
ſagapeni
Radic. iræos florentinæ pulveriſatæ aa unc. ſem.
Therebinthinæ
Reſinæ
ceræ aa unc. un.
Olei chamæmelli unc. duas.
Miſceantur & lege artis f. Emplaſtr.

EMPLASTRUM DIACHYLUM SIMPLEX P. A. R.

℞. Mucilagin. fœnugræci.
Semin. Lini
Radic. Althææ aa libr. unam.
Olei clari libr. tres.
Lythargirii libr. un. ſem.
coquantur omnia leni igne, continuè agitando, uſque ad humiditatis aquoſæ conſumptionem, vel juſtam conſiſtentiam.

EMPLASTRUM DIAPALMÆ.

℞. Axungiæ porci veteris à membranis per liquationem & colationem purgatæ libr. duas.
Olei veteris
Lythargirii triti aa libr. tres.
chalcitidis uſtæ unc. quatuor.
teneriorum palmæ ramorum manip. quatuor.
Axungia, oleum, & palmæ rami minutim inciſi, recentes, vel ſi exſiccati fuerint, aquâ priùs macerati, coquantur ad humiditatis aqueæ conſumptionem, colentur, & exprimantur; colatura cum lythargyrio ad juſtam conſiſtentiam lento igne redigatur, immiſcendo tandem ab igne depoſito pulverem chalciditis & rudicula ex recenti palmæ ramo confectâ agitationem inſtituendo fiat emplaſtrum.

EMPLASTRUM DIAPHORETICUM MYNSICHTI.

℞. Ceræ flavæ unc. undecim.
colophoniæ
Bdellii aa unc. quatuor.
Succini citrini unc. tres.
Gummi ammoniaci in aceto diſſoluti
Therebinthinæ albæ aa unc. duas.

Gal-

Galbani in aceto diſſoluti
Sandaracæ aa unc. un.
Maſtichis
Thuris electi aa unc. ſem.

Cera cum colophonio liquetur, & coletur, quibus ab igne depoſitis, & ſemi-refrigeratis ammoniacum & therebinthina invicē liquefacta, poſt reliqua in pulverem contrita immiſcendo, fiat l. a. emplaſtrum.

EMPLASTRUM DIASULPHURIS RULANDI.

℞. Balſam. ſulphur. Rulandi unc. tres.
Ceræ unc. ſem.
Colophoniæ drach. tres.
Myrrhæ ad pondus omnium.

Omnibus præter Myrrham liquefactis, & benè commixtis inſpergatur myrrha ſubtiliſſimè trita, lentóque igne coquatur (quadrante horæ) ſemper agitando, hinc ab igne remove, agitáque donec refrigeſcant.

EMPLASTRUM FEBRIFUGUM STROBELBERGERI.

℞. Therebinthinæ puræ Cyprin. unc. un. ſem.
Liqueſcat in vaſe cupreo ſuper igne moderato huic injice
Aranearum vivarum in hypocauſtis vel locis mundis captarum No. quindecim.

Miſceantur vel agitentur cum piſtillo ligneo, uſque dum color therebinthinæ fiat cinereus, & vix aliquid de araneis deprehendatur, tum iterum tepefactæ mixturæ adde.

Telarum aranearum mundatarum, quantum prædictæ araneæ texêre, vel harum locò adhuc novemdecim araneas mediocres, iterum fortiter agitentur, intereà etiam immiſcendo
Aſphalti optimi pulveriſati
ſalis Ammoniaci albiſſimi aa unc. un. ſem.

Terantur uſquedum refrigeſcat materia, & acquirat conſiſtentiam emplaſtri nigerrimi. Reponantur per quatuordecim dies, tandem rursùs ad ignem molleſcat, & manibus oleô febrifugô inunctis malaxetur modicè.

EMPLASTRUM FILII ZACHARIÆ.
Id eſt:
RHASIS ex MESUE.

℞. Ceræ flavæ
Medullæ cruris vaccæ
Adipis Anatis
Gallinæ
Mucilagin. ſemin. Lini aa libr. unam.
Olei Lini q. ſ. eſt.

Fiat coquendo ſufficienter mucilaginem cum oleo, & poſteà cum cera, medulla, & adipe permiſcendo emplaſtrum.

EMPLASTRUM AD FONTICULOS ALBUM.

℞. Ceræ albiſſimæ libr. ſem.
Sevi cervini unc. quatuor.
Therebinthinæ claræ unc. un. ſem.

Olei Rosarum q. s.

Misceantur omnia & f. l. a. emplastrum chartâ subductum, etiam sparadrapum dictum.

EMPLASTRUM AD FONTICULOS RUBRUM.

℞. Ceræ flavæ unc. sex.
Sevi cervini unc. duas.
Olei liliorum albor.
Therebinthinæ claræ aa unc. sem.
Minii unc. quatuor.

Misceantur omnia, & fiat linteô subductô lege artis emplastrũ; utriusque descriptio ex Dispensatorio Viennensi desumpta est, quorum usus ex denominatione desumitur.

EMPLASTRUM DE GALBANO CROCATUM MYNSICHTI.

℞. Gummi Galbani in aceto dissoluti unc. sex.
Emplastri de Meliloto
Diachylon. simpl. aa unc. tres.
Ceræ citrinæ unc. duas.
Therebinthinæ alb. unc. un.
Croci oriental. drach. sex.

M. & f. l. a. justæ consistentiæ emplastrum.

EMPLASTRUM GRISEUM, seu de LAPIDE CALAMINARI. P. A. R.

℞. Lapidis calaminaris præparati unc. unam.
Lythargirii unc. duas.
Cerussæ unc. sem.
tutiæ drach. un.
therebinthinæ unc. un. sem.
Ceræ albæ unc. tres.
Sevi cervini unc. quatuor.
thuris electi drach. quinque.
Mastich. drach. tres.
Myrrhæ drach. duas.
camphoræ drach. un. sem.

Confice secundùm artem, sevô, therebinthinâ, & cerâ liquatis post aliqualem refrigerationem, reliquorum pulverem immiscendo, emplastrum.

EMPLASTRUM MAGNETICUM ARSENICALE.

℞. Antimonii crudi
Sulphuris flavi.
Arsenici albi aa unc. duas.

Subtilissimè pulverisata sepeliantur in phiola, in arena, subministretur ignis, donec colliquescant, & colorem rubeum subobscurum inducant. Studiosè sibi à fumo cavendo, quòd stylô ferreô mundo immissô explorare poteris, si materia ferreô styllô tacta illi adhæserit, & therebinthinæ instar duci possit. Vase refrigerato exime materiam, instar lapidis induratam, fusci coloris, quæ Magnes arsenicalis vocatur, & venenata ampliùs non est, ùt in canibus cuilibet id experiri licet. Posteà

℞. Gummi sagapeni
ammoniaci
galbani
Magnetis arsenicalis aa drach. tres.
therebinthinæ
ceræ aa unc. sem.

Olei

Olei ſuccini drach. duas.
terræ vitrioli dulcificat. drach. unam.

Gummata diſſolvantur aceto vini forti, & per pannum linteum expreſſa, bulliendo iterum inſpiſſentur, ad priorem conſiſtentiam. Deinde ſeorſim illiqua ceram, & therebinthinam, & extra ignem agita, donec in ſpiſſitudinem redigantur unguenti. Adde porrò ſupradicta gummata, & magnetem arſenicalem cum terra vitrioli & oleo ſuccini, & habebis emplaſtrum ad extrahenda omnis generis venena efficaciſſimum

EMPLASTRUM MATRICA. LE P. A. R.
Vide
CERATUM MATRICALE.
Seu de
GALBANO P. A. R. pag. 157.

EMPLASTRUM MASTICHINUM.

℞. Gummi tacamahacæ unc. tres.
Maſtich. elect. unc. duas.
Carannæ
Olibani aa unc un.
Ceræ citrinæ unc. duas.
Therebinthinæ venet. unc. ſe.
Olei Maſtichin cocti drach. tres.

M. f. Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DE MELILOTO.

℞. Meliloti unc. ſex.
Florum chamæmeli
Fœnugræci
Baccar. Lauri
Radic. Althææ
Abſynthii aa drach. tres.
Seminis apii
Cardamomi
Iræos
Cyperi
Spicæ Nardi Indicæ
caſſiæ ligneæ
Ammeos aa drach. un. ſem.
Majoranæ drach. tres.
Ammoniaci præparati drach. decem.
Styracis calamit. præparat.
Bdellii aa drach. quinque.
Therebinthin. unc. un ſem.
Ficuum pinguium No. quindecim.
Sevi hircini
Reſinæ aa. unc. duas ſem.
ceræ unc. ſex
Olei ſampſuchini, ſeu Majoranæ
Nardini aa unc. tres.

Cera cum reſina & ſevo liquata, ac colata miſceantur oleis, poſteà ab igne remotis, & ſemirefrigeratis pulveres, ac tandem ſtyrax & ammoniacum in therebinthina liquata, ùt & ficus in pulpam craſſam redactæ addantur. Fiat Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DE MINIO VIGONIS.

℞. Olei roſati libr. un. ſem.
Myrtini
Unguenti Populei aa unc. quatuor.
Pinguedinis Gallinæ unc. duas.
Porcinæ unc. ſept.

Sevi castrati
vaccini aa libr. sem.
Lythargirii auri
Argenti aa unc. tres sem.
Minii unc. tres.
cerussæ
Therebinthinæ aa unc. quatuor.
ceræ q. s.

Fiat emplastrum secundùm artem, olea, cum lythargirio, cerussa, & minio leniter coquendo, & cætera dein in eis liquefaciendo & permiscendo.

EMPLASTRUM DE MUCILAGINIBUS.

℞. Decoct. mucil. Radic. althææ
Semin. lini.
Fœnu græci.
Medii corticis Ulmi aa unc. quatuor sem.
Olei chamæmellini
Liliorum
Anethi aa unc. un. sem.
Ammoniaci
Galbani
Opopanacis
Sagapeni aa præparat. unc. sẽ.
ceræ novæ unc. viginti.
Croci drach. duas.
Therebinthin. unc. duas.

Fiat secundùm artem emplastrum, mucilaginem cum oleis sufficienter coquendo Gummiáque cum Therebinthina solvendo, ceram & crocum pulverisata addendo.

EMPLASTRUM NERVINUM VIGONIS.

℞. Olei chamæmellini
Rosarum aa unc. duas.
Masthichini
Therebinthinæ
Lini aa unc. un.
Therebinthinæ claræ unc. quatuor.
Sevi vitulini
Hircini aa unc. duas sem.
Herbæ rorismarini
Betonicæ
Caudæ equinæ
Centaurii aa manip. unum.
Vermium terrestrium lotorũ unc. tres.
Radic. Rubiæ tinctorum drach. decem.
Hyperici flor. & semin. ejus aa manip. unum.
Masthiches pulverisat.
Gummi Elemi aa drach. decẽ.
Picis navalis
Resinæ aa unc. un. sem.
Sagapeni
Galbani
Ammoniaci aa præparat. drach tres.
Lythargirii auri
argenti aa unc. duas sem.
Minii unc. duas.
Ceræ quantum satis.

Oleum Chamæmellinum, Rosarum, masthichinum, & lini cum lythargirio, & minio coquantur ad debitam consistentiã, posteà addantur pix, resina, sevum cum cera invicem liquata, & colata, atque cùm ab igne deposita,

ſita, & ſemi-refrigerata fuerint, poſt reliqua in pulverem redacta, Gummi Elemi, ſagapenum, galbanum, ammoniacum cum therebinthina liquefacta, ac tandem oleum therebinthinæ.

EMPLASTRUM DE NICOTIANA.

℞. Succi Nicotianæ libr. ſem.
Abſynthii pontici unc. quatuor.
Olei Hypericonis
Irini
Sambucini aa unc. un. ſem.
Herbæ Abſynthii Pontici
Prunellæ
Scrophulariæ aa manip. unum.
Vini albi unc. tres.

Bulliant ad vini & ſuccorum conſumptionem in vaſe æreo, ſemper agitando, expreſſioni adde

Therebinthinæ
Adipis hircini aa unc. duas.
Ceræ flavæ libr. ſem.
Pulver. Olibani
Maſtich. elect.
Myrrhæ aa unc. un.

Fiat ſecundùm artem Emplaſtrum.

EMPLASTRUM OPODELDOCH VIENNENSE.

℞. Olei olivarum libr. duas.
Lythargirii libr. un.

Coquantur lento igne ad debitam conſiſtentiam, in fine coctionis immiſcendo

Ceræ citrinæ libr. ſem.
Therebinth. claræ unc. quatuor.
Olei laurini unc. unam.

Poſt factam ab igne remotionem, & aliqualem refrigerationem indantur ſequentia gummata, acetô ſoluta, colata, & ad juſtam conſiſtentiam inſpiſſata cum reliquis pulveribus

Scilicet,
Gummi ammoniaci
Bdellii aa unc. duæ
Galbani
Opopanacis
Pulveris radic. Ariſtoloch. rot. long.
Lapid. calaminaris.
Thuris
Myrrhæ
Maſtichis
Tutiæ præparat.
Terræ vitrioli dulcis
Sanguinis draconis elect.
Croci martis adſtringentis aa. unc. ſem.

Fiat lege artis emplaſtrum.

EMPLASTRUM OXICROCEUM P. A. R.

℞. Ceræ
Picis
Colophoniæ aa libr. un.
Croci
Therebinthinæ
Galbani præparati
Ammoniaci præparati
Myrrhæ
Olibani
Maſtichis aa unc. quatuor.

Cera, pix & colophonia invicem liquentur, & colentur, quibus dein ab igne depoſitis, & ſemi

mi refrigeratis Galbanum & ammoniacum in therebinthina ſoluta, poſt reliqua in pulverem tenuiſſimum redacta, jungantur, fiátque lege artis emplaſtrum.

EMPLASTRUM DE RANIS ſinè MERCURIO VIENNENSE.

℞. Ranarum viventium No. triginta.
Lumbricorum terreſtrium recentium unc. octo.
Schœnathi
Florum Stœchadis arabicæ.
Herbæ Matricariæ aa unc. un.
Croci auſtriaci drach. tres.
Radic. recent. Ebuli
Enulæ aa unc. quatuor.
Coquantur in vini albi ſufficienti quantitate ad conſumptionem medietatis, colaturæ addantur.
Olei chamæmellini
Anethi
Lilior. albor. aa unc. quinque.
Lythargirii libr. duæ.
Coquantur rursùs lento igne ad emplaſtri conſiſtentiam, in fine diſſolvantur in eo.
Ceræ flavæ
Sevi cervini aa libr. una.
Therebinthin. claræ unc. quatuor.
Styracis liquidæ
Olei laurini aa unc. tres.
Pulveris olibani unc. duæ.
Euphorbii unc. una ſem.
Fiat lege artis emplaſtrum, ſi expetatur.

EMPLASTRUM CUM MERCURIO de RANIS.

℞. Prioris emplaſtri libr. un.
Mercurii vivi Therebinthina extincti unc. duas.
Miſceantur benè pro emplaſtro.

EMPLASTRUM AD RENES D. D. LöW.

℞. Radic. conſolid. major. recent. manip. duos.
Baccarum Myrtillorum manip. unum.
Inciſ. & contuſ. coque in vini rubri ſufficienti quantitate, colaturæ expreſſæ.
Adde
Pulveris Myrrhæ rubræ
Thuris aa unc. un.
Coque denuò lento igne, uſquedum libra ſemis circiter liquoris remaneat, cui colato & expreſſo adde.
Olei myrtillorum
Omphacini vel
Roſarum aa unc. quatuor
Coque iterum ad conſumptionem humiditatis, donec conſiſtentiam unguenti acquirat, cui colatæ adde
Therebinthinæ venet. unc. un.
Sevi hircini unc. un. ſem.
Ceræ citrinæ libr. ſem. vel. q. ſ.
Liquatis tandem adde.
Pulver. Maſtichis
Abſynthii pontici
Sanguinis Draconis,
Scoriarum ferri
Succini albi
Lythargirii
Boli armen. ppt.
Terræ

Terræ ſigillat. rubr. aa unc. un.
Minii optimi unc. duas
Miſce fiat lege artis Emplaſtrum.

EMPLASTRUM AD RUPTURAM.

℞. Reſinæ unc. ſex.
Therebinthinæ unc. tres.
Olei ovorum
Sanguinis draconis aa unc. un.
Pulver. Radic. conſolid. major.
Sandali rubri aa unc. ſem.
Croci Martis per reverberat. facti drach. duas.
Aluminis uſti drach. un.

Reſina & therebinthina liquefiant, & ab igne remotis pulveres inſpergantur, & oleum addatur, beneque miſceantur f. Empl. quod beneficiô aquæ ferventis extenditur.

EMPLASTRUM SANDALINUM.

Vide : CERATUM pag. 157.

EMPLASTRUM SAPONATUM BARBETTE CUM & SINE CAMPHORA.

℞. Minii
Ceruſſæ
Saponis venet. aa unc. decem.
Olei olivarum libr. duas.
Axungiæ porcinæ unc. un.

Coque ex arte in formam Emplaſtri.

NOTA. I. *Genuina hæc eſt deſcriptio, quam author exhibet lib. IV. cap. 4. de catarrhis pag. 42. ubi addit. Magni, quæſo, facias hoc emplaſtrum ingeniosè Lector.*

NOTA II. *Cum camphora paratur ad normam emplaſtri ſaponis Tachenii P. A. R. cui ab igne remoto & nonnibil refrigerato, ſub continua agitatione additur camphoræ uncia una in ſpiritu vini ad pultis formam ſolutæ.*

EMPLASTRUM SATURNINUM MYNSICHTI.

℞. Saturni uſti & loti unc. duas.
Sevi hircini
Ceræ albæ aa unc. un. ſem.
Therebinthinæ drach. ſex.
Lapid. calaminar. ppti.
Ceruſſæ lotæ aa unc. ſem.
Pompholigos
Tutiæ præparatæ aa drach. duas.
Myrrhæ rubr.
Maſtichis
Olibani aa drach. unam.
Aloës Epatic.
Camphoræ
Nitri præparat. aa drach. ſem.
M. f. Emplaſtrum juſtæ conſiſtentiæ.

EMPLASTRUM DE SPERMATE CETI MYNSICHTI,

℞. Ceræ albæ unc. quatur.
Spermatis ceti unc. duas.
Gummi Galbani unc. un.

Ceræ liquatæ commiſceatur ſperma ceti, & tandem Gummi Galbanum tritum, fiat Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DE SPERMATE RANARUM P. A. R.

℞. Spermat. Ranar. depurati
Olei olivarum aa libr. tres.
Ceruſſæ venetæ libr. quatuor ſem.
Ceræ albæ libr. un.
Aluminis crudi unc. quatuor.
Therebinthinæ drach. duas.
Camphoræ unc. un.

Oleum cum ſpermate Ranarum uſque ad humiditatis aquoſæ conſumptionem, coquatur, poſteà cera & therebinthina ùt & reliqua pulveriſata ex arte miſceantur.

EMPLASTRUM SPLENETICUM P. A. R.

℞. Gummi ammoniaci ppti. unc. un.
Succi tabaci unc. ſem.
Ebuli
Reſinæ Pini
Therebinth. aa drach. duas.
Olei de capparibus unc. ſem.
Ceræ Drach. un. ſem.

Fiat emplaſtrum, ſuccos cum oleo ſufficienter coquendo, dein ceram cum reſina liquatam & colatam, ac tandem ammoniacum cum therebinthina ſolutum jungendo.

EMPLASTRUM STIPTICUM CROLLII.

℞. Minii
Lapidis calamin. aa libr. ſem.
Lythargirii auri
Argenti aa unc. tres.
Olei lini
Olivarum aa libr. un. ſem.
Ceræ
Colophoniæ aa libr. un.
Vernicis
Therebinthinæ aa libr. ſem.
Opopanacis ppti.
Sagapeni ppti.
Ammoniaci ppti.
Bdellii aa unc. tres.
Succini citrini
Olibani
Myrrhæ Alexàndrinæ
Aloës hepaticæ
Ariſtolochiæ longæ
rotundæ aa unc. unam.
Mumiæ tranſmarinæ
Magnetis
Hæmatitis aa unc. un. ſem.
Coralliorum albor.
rubror.
Matris perlarum
Sanguinis draconis
Terræ medicatæ ſtrigenſis.
Vitrioli albi aa unc. un.
Florum antimonii
Croci martis aa drach. duas.
Camphoræ unc. unam.
Olei laurin. libr. ſem.

Modus parandi talis eſto.

Oleum lini & olivarum cum lythargirio auri & argenti aliquamdiu coquantur, hinc addatur calaminaris, & paulò poſt minium, quæ omnia agitando coquantur ad ſufficientiam, tandem etiam addatur circà finem vernix oleum laurinum, cera, colophonia, invicem liquefacta & colata, ab igne depoſitis, & ſemi-refrigeratis immiſceantur opopanax, galbanum ſagapenum, & ammonia-

niacum cum therebinthina ſoluta, ùt & camphora ac reliqua in ſubtilem pulverem redacta.

EMPLASTRUM STOMACHALE.

℞. Therebinthinæ in aqua Menthæ coctæ libr. ſem.
Ligni aloës pulveriſati
Caryophillorum
Cinnamomi
Macis
Nucis moſchatæ
Styrac. calam.
Thuris
Maſtichis
Benzoës
Tacamahacæ
Aloës ſuccotrinæ aa unc. ſem.
Olei Nuciſtæ expreſſ.
Balſami indici nigri aa drach. tres.
M. f. l. a. Emplaſtrum.

Nota. *Ex famoſiſſimi Medici Pragenſis D. D. Dobrzensky de Nigroponte manuſcriptis hodiedum adhuc magnì æſtimatur hæc deſcriptio, omnibus namque antehac uſitatis emplaſtris & ceratis ſtomachalibus ferè præponitur, dum non ſolùm ventriculum & hepar roborando, horum dolorem lenit, vomitum compeſcit, & concoctioni fert opem ſingularem.*

EMPLASTRUM DE TACAMAHACA VIENNENSE.

℞. Gummi Tacamahacæ unc. ſex.
Maſtichis unc. duas.
Styracis calamit. unc. un.
Olei Maſtichini unc. un. ſem.
Ceræ citrinæ unc. quatuor.
Therebinthinæ claræ unc. un.
Miſceantur probè, & fiat lege artis emplaſtrum.

EMPLASTRUM VESICATORIUM P. A. R.

℞. Cantharidum drach. duas.
Therebinthinæ drach. unam.
Olibani
Myrrhæ
Maſtiches
Camphoræ aa grana quindecim.
Olei Roſarum drach. un.
Ceræ flavæ drach. tres.
Fiat emplaſtrum, liquando ceram, & Therebinthinam, in oleo, poſteà ſemi-refrigeratis camphoram cum aliquot guttulis ſpiritûs vini tritâ, & reliqua in pulverem redacta addendo.

Sequens Pragenſibus Chyrurgis tanquàm potentiùs eſt uſuale.

℞. Ceræ flavæ unc. un.
Picis navalis
Reſinæ albæ
Sevi cervini
Therebinthinæ aa unc. ſem.
Pulver. Cantharidum unc. un.
Semin. ſinapi unc. duas.
Gummi Evphorbii drach. un.
Fiat lege artis Emplaſtrum.

CLASSIS IX.
DE EXTRACTIS & LAUDANIS.

EXTRACTUM AGARICI COMPOSITUM.

℞. Extracti Agarici simplicis unc. duas.
Rhabarbari unc. unam.
Olei macis
Anisi aa guttas decem.
Misceantur pro extracto.

EXTRACTUM seu BALSAMUS ALOES.

℞. Aloës succotrinæ quant. plac.
Redigatur in pulverem, cui affundatur aqua pluvialis, ad trium digitorum eminentiam, maceretur in loco calido sæpiùs agitando, donec liquor sufficienter saturatus fuerit, qui per inclinationem decantetur, nováque aqua affundatur, toties repetendo, donec nullus ampliùs color extrahi appareat, tandem collecti liquores & filtrati lege artis ad justam consistentiam inspissentur.

EXTRACTUM AMARICANS.

℞. Radic. & Herbæ cichorii.
Summitatum chamœdryos
Trifolii fibrini
centauri minor.
card. bened.
Rhabarbari elect. aa libr. sem.
Salis tartari unc. sem.

Concisa macerentur invicẽ in aqua pluviali (addendo in fine, conservationis gratiâ) vini proportionatam quantitatem, & fiat lege artis extractum.

EXTRACTUM CATHOLICUM.

℞. Colocynthidos unc. tres.
Agarici optimi
Scammonii
Hellebori nigri aa unc. duas.
Aloës succotrinæ unc. quatuor.
Concisa & contusa macerentur sufficienti quantitate spiritûs vini, locô calidô per dies aliquot, dein per inclinationem decantetur, residuum exprimatur, à liquore filtrato spiritus abstrahatur, remanentia lege artis inspissetur, in extractum.

EXTRACTUM DIACARTHAMI.

℞. Semin. carthami unc. octo.
Myrobolanorum chebulorum unc sex.
Radic. Polypodii unc. quatuor.
Turbith. resinosæ
Foliorum sennæ aa unc. tres.
Rhabarbari electi unc. duas.
Agarici albissimi unc. un. sem.
Zinziberis albi unc. sem.

Incisa & contusa infundantur in spiritûs vini sufficienti quãtitate

titate per aliquot dies, ſpiritus tinctus decantetur, & filtretur. Species remanentes ad extrahendas particulas terreſtres fortiter cum aqua fontana coquantur, & in hujus decocti colatura clarificata diſſolvantur.

Mannæ elect. unc. quinque.

Dein inſpiſſetur ſuperior ſpiritus tinctus cum hoc decocto ad mollioris extracti conſiſtentiam, in fine addendo

Diagrydii ſulphurati oleô Amygdalarum dulcium ſubacti drach. decem.

Et ſic habetur paratum extractum, potionibus admiſcendum, pro pilulis autem omittatur manna, & inſpiſſetur ad duriorem conſiſtentiam. Hæc methodus etiam obſervanda in aliis extractis, quorum ingredientia meris particulis terreſtribus conſtant, ut poſt infuſionem cum ſpiritu vini factam, remanentes ſpecies aquâ excoquantur.

EXTRACTUM EMENAGOGUM.

℞. Extracti Sabinæ
Matricariæ
Arthemiſiæ aa unc. un.
Myrrhæ drach. duas.
Croci drach. un ſem.
Caſtorei drach. unam.
Fœcular. Bryoniæ
Florum ſalis armoniaci martialium aa drach. un. ſem.
Balſam. Aloëtici unc. un.
Miſceantur probè invicem, & redigantur in extractum.

EXTRACTUM FEBRIFUGUM.

℞. Corticis Peruviani
Caſcarillæ aa unc. quatuor.
Herbæ trifolii fibrini
Centaurii minor.
Radic. Gentianæ aa unc. duas.
Serpentariæ virginianæ unc. unam.
Salis tartari unc. ſem.
Cum ſufficiente quantitate vini fiat lege artis extractum.

EXTRACTUM HYDRAGOGUM.

℞. Succi inſpiſſati Bryoniæ
Iræos noſtratis.
Elaterii aa unc. duas.
Liqueſcant probè mixta, modica ſpiritûs vini rectificati quantitate, dein addantur
Magiſterii Jalappæ oleô amygdalarum dulc. ſubacti
Gummi guttæ aa unc. un.
Tartari vitrioli unc. ſem.
Olei aniſi drach. una.
Ex quibus mixtis fiat extractum.

EXTRACTUM ſeu LAUDANUM CÆSAREUM COMPLETUM etiam NEPENTHES DICTUM.

℞. Extracti Opii correcti unc. tres.
Croci unc. unam.
Croci ſolis drach. unam.
Margaritarum Orientalium unc. ſem.
Unicornu veri
Coralliorum rubror. aa drach. duas.
Olei caryophillorum

Olei

Olei cinnamomi
Macis
citri
Succini aa ſcrup. ſem.
Ambræ Gryſeæ
Moſchi aa drach. ſem.
Miſceantur omnia, & fiat lege artis opiatum ad extracti conſiſtentiam.

EXTRACTUM ſeu LAUDANUM CÆSAREUM INCOMPLETUM.

Pariformiter paratur, nisì quòd ambra & moſchus omittantur.

EXTRACTUM ſeu LAUDANUM CYDONIATUM.

℞. Succi cydoniorum recenter expreſſi libr. ſex.
Opii crudi in taleolas minimas inciſi libr. ſem.
Digerantur leni calore ad totalem extractionem; fœcibus dein ſubſidentibus, liquor clarus effundatur, filtretur, inſpiſſetur, expoſt addatur
Olei deſtill. cinnamomi
caryophillorum.
macis aa ſcrup. ſem.
Paretúrque taliter, lege artis extractum.

EXTRACTUM ſeu LAUDANUM DIURETICUM.

℞. Succi Liquiritiæ in aqua alkekengi ſolut. unc. un. ſem.
Baccarum alkekengi
Therebinthinæ coctæ aa unc. ſem.
camphoræ
croci auſtriaci aa ſcrup. quatuor.
Gummi tragacanthi
Maſtichis
Laudani opiati aa drach. un. ſem.
M. & l. a. f. Laudanum.

EXTRACTUM ſeu LAUDANUM HYSTERICUM.

℞. Extracti opii unc. ſem.
caſtorei drach. un.
croci
Salis perlarum
corallior. aa ſcrup. un.
Fœcular. Bryoniæ drach. ſem.
Olei Menthæ
Macis
Rutæ aa guttas ſex.
Miſceantur ut fiat laudanum.

EXTRACTUM ſeu LAUDANUM OPIATUM COMPLETUM.

℞. Opii thebaici optimi unc. un.
Succi radic. Hyoſciami albi inſpiſſati unc. ſem.
Spiritus vini rectificati ad trium digitorum eminentiam.
Digerantur per aliquot dies ſæpiùs quotidie agitando, tum filtrentur, & abſtrahatur lento igne ſpiritus vini, ut craſſamentum in fundo remaneat, cui addantur.
corallior. rubr. pptorum.
Margaritarum pptarum.
Succini ppti.
Extracti croci.
Ambræ gryſeæ aa ſcrup. unus.
Moſchi Orientalis ſcrup. ſem.
Fiat taliter, lege artis Laudanum.

EX-

EXTRACTUM ſeu LAUDANUM OPIATUM INCOMPLETUM.

Paratur eô modô, quô præcedens, ſolis moſchô & ambrâ omiſſis, pollétque iisdem virtutibus.

EXTRACTUM MARTIS POMORUM.

℞. Tincturæ Martis cum ſucco pomorum factæ quant. lubet.

Evaporet lege artis, leni calore ad extracti conſiſtentiam.

EXTRACTUM MAROCOSTINUM.

℞. Aloës ſuccotrinæ unc. duas.
Rhabarbari elect. unc. ſex.
Gum̃i ammoniaci drach. tres.
Myrrhæ electæ
coſti amari
Agarici aa drach. un. ſem.
Mari veri
croci aa drach. un.

Inciſa & contuſa miſceantur & cum ſpiritûs vini ſufficienti quantitate fiat extractum.

EXTRACTUM PANCHYMAGOGUM.

℞. Scammonii unc. duas.
Rhabarbari electi
Semin. Ebuli aa unc. un. ſem.
colocynthidos unc. duas ſem.
Agarici albi unc. duas.
turbith albi
Hermodactilorum aa drach. decem.
Hellebori nigri unc. un.
Foliorum ſennæ unc. quatuor.
Spiritûs vini quantum ſatis.

Inciſa & contuſa miſceantur & infundantur locô calidô, tum colentur, & exprimantur, in expreſſo diſſolvatur.

Aloës ſuccotrinæ libr. ſem.

Filtretur, & ſpiritum vini abſtrahendo fiat lege artis extractum.

EXTRACTUM POLYCHRESTUM.

℞. Pulpæ colocynthidos unc. quatuor drach. ſex.
turbith unc. quatuor ſem.
cardamomi
cubebarum aa unc. unam.

Inciſa infundantur per tres vices in ſpiritu vini rectificato, abſtrahatur ſpiritus, & remanentiæ ſerventur.

℞. Foliorum ſennæ ſinè ſtipit. unc. octo.
Rhabarbari electi unc. novem.
Herbæ epithymi
Spicæ indicæ aa unc. un.
croci auſtriaci drach. duas.

Irrorentur oleô tartari, & aquâ ſumariæ extrahatur tinctura, toties repetendo, donec non ampliùs tingat.

℞. Florum Rorismarini
Liliorum conval.
Paralyſ. aa drach. quinque.
corticum citri
Aurantiorũ aa drach ſex.
Specierum pro aqua ſeu elixirio vitæ libr. un.

Irrorentur oleô tartari, & in vini & aquæ anatica portione decoquan-

coquantur, donec nulla ampliùs tinctura extrahatur, in hoc decocto diſſolvatur

Aloës roſatæ libr. una.

Omnes prænominatæ ſpecies remanentes coquantur, in hoc decocto clareficentur.

Mannæ elect. unc. ſeptem.

His duobus decoctis leniter ad conſiſtentiam inſpiſſatis admiſceantur ſucceſſivè ſuperiores extractiones & addendo ſeorſim pulveriſata.

Salis abſynthii
coralliorum
Vitrioli martis ad albedinem calcinati
Maſtiches elect.
Myrrhæ rubræ aa drach. ſex.
Magiſterii ſcammonii libr. ſem.
Jalappæ unc. tres.
Tincturæ corallior. drach. ſex.

Fiat extractum.

Quod extractum ſibi olim ſecretum in memoriam nobis reliquit famoſus Electoris Palatini Archiater, tum factus Capucinus R. P. Emericus, qui hìc Viennæ in novi fori Monaſterio 14. Auguſti Annô 1690. ſupremum diem obiit.

EXTRACTUM THERIACALE.

℞. Remanentiæ de hoc ſpiritu Theriacali novus ſuperaffundatur ſpiritus vini, digeratur, exprimatur, & filtretur, tandem lege artis ad extracti conſiſtentiam reducatur.

EXTRACTUM ſeu THERIACA COELESTIS.

Vide
Sub
ELECTUARIIS pag. 138.

EXTRACTA SIMPLICIA IN OFFICINIS NOSTRIS PROSTABUNT.

Extractum Abſinthii
Agarici
Agrimoniæ
Alchimillæ
Alkekengi
Aloës ligni
Angelicæ
Ariſtolochiæ rotundæ.
Arthemiſiæ
Bellidis
Biſtortæ
Calami aromatici
Cardui benedicti
Caſcarillæ
Caſtorei
Centaur. minor.
Chamædryos.
Chamæpytyos.
Chelidoniæ
Chinæ chinæ
Chinæ radicis
Cychorii
Colocynthidos
Croci
Doronici
Elaterii
Enulæ
Eſulæ
Farfaræ
Foliorum ſennæ
Fumariæ
Gentianæ
Granorum Kermes
Hederæ terreſtris
Helle-

Extractum Hellebori nigri
Hermodactylorũ
Hyoſcyami
Jalappæ
Imperatoriæ
Iridis noſtratis
Ligni ſancti
Liliorum convall.
Liquiritiæ
Matricariæ
Mechoacannæ
Meliſſæ
Myrrhæ
Nicotianæ
Opii
Papaveris erratici
Pimpinellæ
Pini
Plantaginis
Pœoniæ
Pulegii
Rhabarbari
Rutæ
Sabinæ
Saponariæ
Sarſaparillæ
Saſſafras
Scordii
Tormentillæ
Trifolii fibrin.
Turbith
Valerianæ


Extractum Verbenæ
Veronicæ
Virgæ aureæ
Viſci quercini
Zedoariæ

Simplicia hæc extracta parantur quædam ex ſuccis herbarum depuratis, quædam per decoctionem aquæ fontanæ, præſertim ea, quæ fiunt ex radicibus & herbis ſiccis, addendo ſemper circâ finem proportionatam ſpiritûs vini quantitatem conſervationis gratiâ, reſinoſa verò cum ſpiritu vini binis vicibus extrahuntur, fitque abſtractio ad extracti conſiſtentiam, quæ virtutes ingredientes præſeferunt.

LAUDANUM LIQUIDUM SYDENHAMI.

℞. Vini hiſpanici libr. un.
Opii unc. duas.
Croci unc. un.
Pulveris cinnamomi
Caryophillorum aa drach. unam.

Infundantur ſimul in B. M. per duas vel tres dies, donec liquor debitam conſiſtentiam acquirat, colatura ſervetur pro uſu.



CLASSIS X.

DE
OLEIS COCTIS COMPOSITIS, & SIMPLICIBUS OLEIS, PER DELIQUIUM DESTILLATIS & EXPRESSIS.

OLEA COCTA.

OLEUM ACOVISTICUM AMBRATUM.

℞. Millepedum vivorum
Cœparum aa unc. un.
Fellis carpionum recentis
Herbæ rutæ recentis
majoranæ recentis
Radic. Cyclaminis aa unc. ſem.
Hellebori albi
Caſtorei aa drach. unam.
Styracis drach. duas
Croci auſtriaci drach. ſem.
Olei amygdalar. amarar. unc. ſex.
Formicarum
Nardini aa unc. quatuor.

Coquantur in vini generoſi libr. ſem. ad conſumptionem humidi, colaturæ addantur
Olei Aniſi
Anthos aa drach. ſem.
Ambræ ſcrupuli duo.

Nota. *Paratur quoque ſinè Ambra.*

OLEUM ARANEARUM.

℞. Olei Nymphææ
Lumbricor. terreſtrium aa unc. ſex.
Hyperici unc. duas.
Foliorum rutæ
Florum ſambuci aa recent. unc. un.
Aceti Roſacei
Calendulæ aa unc. tres.
Aranearum craſſarũ Nro. quadraginta quinque.

Decoquantur omnia ad humidi conſumptionem: colentur & exprimantur, in colatura infundantur rursùs
Araneæ craſſæ No. viginti quinque.
camphoræ drach. ſem.

Digerantur, colentur & ſervetur uſui.

OLEUM CHAMOMILLÆ ſeu SAPPHYRINUM.

℞. Flor. chamomillæ ad ſeminis maturationem accedentium q. p.

Incidantur & contundantur cum aqua tepida ad pultis for-

nam

mam inſpergendo ad libram unam.

Salis armoniaci drach. un.

Stent in olla benè tecta per aliquot dies, tum deſtillentur per veſicam, & prodibit oleum ſapphyrinum cum aqua, quod ſeparandum.

OLEUM DE CAPPARIBUS.

℞. Corticis radic. capparum unc. tres.
Tamariſci
Seminis Agni caſti
Ceterach.
Cyperi rotundi aa drach. ſex.
Rutæ drach. tres.

Miſceantur contuſa, & irrorentur acetô, tum addantur.

Olei olivarum libr. tres.

Coquentur ad conſumptionē humidi, colentur & exprimantur.

OLEUM CASTOREI.

℞. Caſtorei unc. ſem.
Styracis calamit.
Gummi Galbani
Euphrobii
Caſſiæ ligneæ veræ
Croci auſtriaci
Opopanacis
Cubebarum
Spicæ nardi indicæ.
Coſti aa drach. duas.
Cyperi rotundi
Schœnanthi
Piperis longi
nigri
Herbæ ſabinæ
Radic. pyrethri aa drach. duas ſem.

Irrorentur vini generoſi ſufficienti quantitate, tum addantur.

Olei libræ tres.

Et in vaſe benè clauſo per aliquot dies calore arenæ digerantur, dein coletur oleum.

OLEUM DIACOLOCYNTHIDOS.

℞. Olei Abſynthii
Rutæ
Fellis bubuli aa unc. quatuor.
Pulpæ colocynthidos.
Hellebori nigri aa unc. un.

Coquantur ad humidi conſumptionem & lege artis coletur oleum.

OLEUM GONZAGIANUM.

℞. Florum ſulphuris unc. tres.
Myrrhæ rubræ
Mumiæ veræ aa unc. un.
Axungiæ ſerpentum unc. un. ſem.

Indantur vaſi vitreo, & affundatur oleum therebinthinæ ad trium digitorum eminentiam addendo

Olei Benzoes deſtillat. drach. duas.

Stent per octiduum in digeſtione, dein forti expreſſione coletur & ſervetur oleum.

OLEUM HABACUCINUM PRAGENSE.

℞. Herbæ abſynthii vulgaris manip. decem.
corallinæ
Scolopendr. aa manip. octo.
Radic.

Radic. Dictamni albi
Gentianæ aa unc. tres.
Cortic. Tamarisci unc. duas.
Aurantiorum
citri aa unc. un.
Semin. Santonici unc. quatuor sem.
Amygdalarum amararum
Nucleorum Persicorum aa unc. un sem.
Aloes succotrin. unc. duas.
cornu cervi usti unc. un.
Fellis tauri No. duo.
Picis navalis liquidæ libr. sem.
Aceti fortis
Succi citri
Absynthii aa unc. quatuor sem.
Vini albi quantum sufficit.
Incisa macerentur per aliquot dies, dein addantur
Olei olivarum libr. quinque.
Bulliant in B. M. ad consumptionem humiditatis, postmodùm addantur
Theriacæ Venet. drach. decẽ.
Olei spicæ unc. un. sem.
Petræ unc. octo.
Probè dissolutis & mixtis omnibus servetur usui.

OLEUM HEPATICUM RUBRUM.

℞. Herbæ hepatciæ nobilis
Matrisylvæ
Euphrasiæ palustris cœruleæ.
Flor. Papaveris errat. aa unc. sem.
Rosar. rubr. unc. unam.
Herbis sinè stipitibus addantur.
Radic. Anchusæ incisæ & vino irroratæ unc. duæ sem.
Infundantur dein in
Olei olivarum libr. un. sem.
Dein addatur
Sandali rubri per noctem in aceto vini infusi unc. un. sem.
Fricentur in sartagine super ignem, & coquantur, fiat expressio per linteum.

OLEUM AD HERNIAS.

℞. Lacertarum vivarum Num. quadraginta.
Lumbricorum terrestrium recent. libr. unam.
Asellorum recent. unc. tres.
Florum Chamæmelli
Sambuci aa unc. unam.
Coquantur ad consumptionem humidi cum
Axungiæ ursi libr. duabus.
Exprimantur fortiter, dein addantur
Olei ovorum unc. tres.
Et servetur usui.

OLEUM HYPERICI.

℞. Florum hyperici ad maturitatem seminis ferè accedentium contusorum libr. tres.
Croci austriaci scrup. quatuor.
Olei clari libr. tres.
Macerentur, tum bulliant ad humidi consumptionem, expost exprimantur, expressum, lege artis commisceatur, cum
Therebinthinæ claræ libr. un.
Et servetur usui.

OLEUM LACERTARUM.

℞. Olei nucum juglandium recẽter expressi libr. tres.
Quibus immergantur

Lacertarum viridium No. viginti quinque.

Suffocentur & ſtent per tempus in digeſtione ſolis calore, tum colentur.

OLEUM MASTICHINUM AUREUM.

℞. Herbæ Rutæ
Menthæ hortenſis
Abrotani
Menthæ ſaracenicæ aa recentium unc. duas.
Spicæ indicæ unc. ſem.
Olei olivarum libr. tres.

Inciſa coquantur ad humiditatis conſumptionem, in colatura diſſolvatur
Maſtichis elect. libr. ſem.

Dein reiteratæ colaturæ poſt refrigerationem addatur
Olei deſtillati Nucis moſchatæ
Caryophillorũ
Macis
Menthæ aa drach ſem.
Cinnamomi ſcrup. un.

Miſceantur & ſervetur Oleum uſui.

OLEUM NARDINUM COMPOSITUM.

℞. Spicæ Indicæ unc. tres.
Herbæ majoranæ unc. duas.
Radic. Enulæ
Cyperi rotundi
Macis
Foliorum lauri
Schœnanthi
Cardamomi aa unc. ſem.

Contuſa miſceantur, & affundantur
Vini albi unc. octo.

Poſt aliqualem macerationem, cum olei olivarum libr. ſex. Lege artis, oleum excoquatur, & coletur.

OLEUM SAMPSUCHINUM, ſive MAJORANÆ COMPOSITUM.

℞. Foliorum Majoranæ unc. duas
Serpilli unc un.
Myrti unc. ſem.
Menthæ aquaticæ
Abrotani aa drach. duas.
Caſſiæ ligneæ veræ unc. duas.
Olei Olivarum libr. tres.

Conciſis & contuſis affundatur oleum, & vaſe benè clauſo ſolis, aut alio calore macerentur per octiduum, dein exprimantur.

OLEUM SCORPIONUM MAGNUM.

℞. Summitat. hyperici recent. libr. ſem.
Herbæ ſcordii recent. drach. ſex.
Calaminthæ
Cardui bened. aa recentium unc. ſem.

Coquantur conciſa in
Olei olivarum libr. tribus.

Ad humidi conſumptionem, in colatura infundantur contuſa groſsô modô
Radic. Zedoariæ
Dictamni albi
Gentianæ
Ariſtolochiæ rotundæ aa drach. tres.
Cinnamomi drach. ſex.

Schœ-

Schœnanthi
Croci auſtriaci aa drach. una.
Baccar. juniperi
Styracis
Benzoës
Myrrhæ
Theriacæ
Mithridatii aa unc. ſem.
Scorpionum vivorum Num. trecenti.

Macerentur vaſe probè clauſo, poſteà coletur, & lege artis exprimatur oleum.

OLEUM SCORPIONUM SIMPLEX.

℞. Scorpionum vivorum Num. centum.
Olei amygdalarum amararum libr. duas.

Macerentur in vaſe vitreo bene clauſo per menſem locô calidô, tum colentur, & oleum ſervetur uſui.

OLEUM SEPTEM FLORUM.

℞. Florum Violarum
Sambuci
Roſarum
Chamœmeli
Liliorum alborum
Verbaſci
Malvæ arboreæ rubr. aa recent. libr. ſem.

Infundantur ſinguli flores ſuo tempore in
Olei olivarum libr. ſex.

Digerantur tam diu, donec omnes flores ſuo tempore collecti fuerint, ut perfecta maceratio fiat, dehinc ſimul fiat decoctio ad humidi conſumptionem, & perfecta forti expreſſione habebitur oleum.

OLEUM STOMACHICUM.

℞. Gummi Maſtiches unc. tres.
Tacamahacæ
Ladani aa unc. duas.
Styracis unc. unam.
Vini generoſi libr. ſem.
Olei abſynthii libr. tres.

Stent in digeſtione per viginti quatuor horas, dein coquantur, colaturæ addatur.
Olei nucis moſchatæ expreſſi unc. un. ſem.
Et ſervetur uſui.

OLEUM VIRIDE.

℞. Herbæ & Radic. valerianæ recentis.
Cardui bened. recent.
Nummulariæ recent.
Betonicæ
Anethi
Summitat. hyperic. cum flor.
Centaur. min. cũ flor.
Tritici
Baccarum juniperi viridium aa unc. duas.

Inciſa & contuſa ſuo tempore infundantur in
Vini albi libr. ſex.
Dein addantur
Olei olivarum libr. duodecim.

Et coquantur ad humiditatis conſumptionem, colaturæ immiſceantur invicem ſoluta.
Olibani electi
Maſtichis aa libr. ſem.

The-

Therebinthinæ claræ libr. un.
Et ſic paretur oleum.

DE OLEIS COCTIS SIMPLICIBUS PROSTANT.

Oleum Abrotani
Abſynthii
Annagallidis
Anethi
Chamæmeli
Cheyrinum
Conſolidæ majoris
Cydoniorum
Euphorbii
Formicarum
Irinum ex radic. & flor.
Liliorum alborum
Lumbricorum terreſtr.
Majoranæ
Maſtichis
Menthæ
Momordicæ
Myrtillorum
Nympheæ
Palmarum
Ranarum
Rutæ
Sambuci
Saniculæ
Spermatis Ranarum
Tamariſci
Verbaſci
Violarum

Parantur hæc olea ſimpliciter lege artis, cum oleo olivarum, & virtutes ſimplicium in ſe continent.

OLEA PER DELIQUIUM.

OLEUM MYRRHÆ.

℞. Myrrhæ pulveriſat. q. l.

Imponatur albumini ovi cocti adhuc calido, & reponatur in cellam ad liqueſcendum, vel mixta cum eodem albumine myrrha reponatur ſuprà tabulam vitream, ut liqueſcat, & deſtilletur in vitrum ſuppoſitum.

OLEUM TARTARI.

℞. Tartari calcinati vel ſalis Tartari, quantum placuerit.

Fluat per manicam Hyppocratis locô humidô, & ſic paratum eſt oleum.

OLEA DESTILLATA.

OLEUM ABROTANI.

℞. Summitatum Abrotani ad ſeminis maturationem accedentium, quantum placet, incidantur, contundantur, & cum aqua tepida infundantur, inſpergendo ſalis communis quantùm ſatìs, ſtèt in olla benè tecta per aliquot dies ad macerationem, tum deſtillentur per veſicam, & prodibit oleum cum aqua, à qua oleum ſeparetur.

Eôdem modô parantur.

Oleum Abſynthii
Chærefolii
Hyſſopi
Lavendulæ
Majoranæ
Meliſſæ
Menthæ

Oleum Origani
Pulegii
Rorismarini
Rosarum ver.
Rutæ
Sabinæ
Salviæ
Saturejæ
Serpilli
Spicæ
Tanaceti
Thymi

OLEUM GUMMI AMMONIACI.

℞. Gummi ammoniaci libr. un.
Silicum calcinatorum libr. un. sem.

Destillentur per retortam vitream in arena, liquore separato, oleum quod prodiit, lege artis rectificetur.

Simili Processu destillantur.

Oleum Benzoës
Galbani
Fuliginis
Mastichis
Myrrhæ
Olibani
Opopanacis
Picis
Pini
Sagapeni
Styracis
Succini albi
citrini.

OLEUM ANETHI EX SEMINE.

℞. Seminis Anethi libr. sex.
Contusa infundantur aquâ fontanâ ad aliqualem macerationem, addita salis communis sufficienti quantitate, destilletur per vesicam, & lege artis oleum separetur.

Pari modo solent destillari.

Oleum Angelicæ ex semine
Anisi ex semine
Carvi ex semine
Coriandri ex semine
Cumini ex semine
Fœniculi ex semine
Juniperi ex baccis
Lauri ex baccis
Nigellæ ex semine
Petroselini ex semine

OLEUM ANTIMONII.

Idem est, quod butyrum Antimonii.

OLEUM AURANTIORUM è CORTICIBUS.

℞. Corticum exteriorum de pomis aurantiis recentium & non putridorum quantum placet.

Incidantur, & absque maceratione, quæ quidem copiosiùs, sed deterius oleum suppeditaret; cum aquæ fontanæ sufficienti quantitate destillentur per alembicum, & oleum lege artis separetur.

Tali modo paratur.

Oleum citri ex corticibus.

OLEUM BUXI LIGNI.

℞. Buxi ligni raspati quantum placet.

Destil-

Destilletur per retortam, separetur oleum à spiritu & rectificetur.

Hac Methodo destillantur.

Oleum Gvajaci ex ligno ejus
juniperi ex ligno.

OLEUM CALAMI AROMATICI.

℞. Radic. Calami aromatici q. p

Incidantur, & aliquamdiu in aquæ fontanæ sufficienti quantitate macerentur, dein per alembicum convenienti igne destillentur, & lege artis oleum separetur.

Pariformiter parantur.

Oleum Cardamomi
Caryophillorum
Cinnamomi
Cubebarum
Ligni rhodii
Ligni Sassafras
Macis
Nucis moschatæ
Piperis
Zedoariæ

OLEUM CAMPHORÆ.

℞. Camphoræ libr. sem.
Argillæ libr. un. sem.

Misceantur exactè & in arena leni igne per retortam destillentur, ubi cum phlegmate ascēdens oleum lege artis separetur. Paratur pro usu externo etiam oleum camphoræ ex camphora soluta, in oleo amygdalarum dulcium.

OLEUM CARMINATIVUM.

℞. Olei destillati seminis cumini unc. un.
Fœniculi
Anisi
Carvi aa drach.
Anethi (duas.
Corticum aurantiorum
Chamæmeli aa drach unam

Misceantur & usui serventur.

OLEUM CERÆ.

℞. Ceræ flavæ puræ libr. unam.
Arenæ mundæ libr. tres.

Mixta liquefiant & formentur in globulos, indantur retortæ, dein destillentur, tandem additione cinerum vel ossium calcinatorum rectificetur per retortam, & lege artis separetur oleum.

Tali norma paratur.

Oleum Saponis.

OLEUM CORNU CERVINI.

℞. Cornu cervini in frusta concisorum, quantum placet.

Imponantur retortæ terreæ recipiente vitreo munitæ & igne aperto per gradus ad ignitionem usque aucto, phlegma, sal volatile, oleum & spiritus eliciatur, quæ omnia rectificando successivè oleum lege artis separetur.

Eadem methodo destillantur.

Oleum Cranii humani
Lumbricorum
Sanguinis humani

Serpentum
Viperarum
Ungulæ alcis.

OLEUM GALBANETUM PARACELSI.

℞. Gummi galbani libr. unam.
Olei Therebinthinæ claræ libr. tres.

Miſceantur, digerantur, & deſtillentur per retortam, deſtillato addatur.
Olei Lavendulæ deſtillati unc. un.
Et ſervetur uſui.

OLEUM CHIMICUM.

℞. Olei deſtillati camphoræ.
Succini
Citri aa unc. un.
Miſceantur pro uſu.

OLEUM PHILOSOPHORUM, ſeu de LATERIBUS.

℞. Laterum groſsô modô contuſorum & ignitorum quantum placet.
Olei Olivarum quantum lateres imbibere poſſunt.
Ex retorta igne aperto per gradus aucto lege artis deſtillentur, oleum prodiens ſuper cineres rectificetur.

OLEUM SATURNI.

℞. Salis ſaturni cryſtallini unc. octo.
Immittantur phiolæ, & affuſis
Olei Therebinthinæ claræ libr. duabus.

Digerantur in arena, tincturáque extrahatur, quæ ex retorta igne aperto deſtilletur, leni in principio igne, donec ſpiritus therebinthinæ prodierit, mutetur dein recipiens, & ignis, lege artis augeatur per gradus, uſque dum totum oleum exierit.

OLEUM SULPHURIS.

℞. Spiritus ſulphuris deſtillatio continuetur, ubi ultima ignis tortura oleum prolicietur, advertendo, ut quando ſpiritus rubeus, id eſt, oleũ venire incipit, prior ſpiritus anteà ſeparetur.

OLEUM TARTARI FOETIDUM.

℞. Tartari albi puri craſſiusculè confracti quantum placet.
Immittatur in retortam vitream, cujus tertia pars vacua maneat, collocetur in arenam, recipiente ſat capaci adaptato, & probè lutato, ignis per gradus ſucceſſivè intendatur, uſque dum ſpiritus inſtar nebularum cum oleo egrediantur, ſeparentur invicem per filtrum priùs aquâ humectatum, & ſuper cineres lege artis rectificetur oleum.
Oleum Tartari pariter haberi poteſt ex fœcibus, dum ſal volatile Tartari præparatur.

OLEUM THEREBINTHINÆ.

℞. Therebinthinæ lucidæ quantum lubet in
Aquæ fontanæ larga quantitate.
Deſtil-

Destillentur ex vesica lento igne, & prodibit phlegma cum oleo, quæ lege artis abinvicem separentur.

OLEA EXPRESSA.

OLEUM AMYGDALARUM AMARARUM.

℞. Amygdalarum amararum non rancidarum quant. placet.
Contundantur minutissimè, dein exprimantur.

OLEUM AMYGDALARUM DULCIUM.

Fit eodem modô, quô præcedens sinè igne.

OLEUM HYOSCIAMI SEMINIS.

℞. Seminis hyosciami quant. placet.
Contundatur primum, torreatur, & fortiter exprimatur.

Eodem modô exprimuntur.

Oleum Seminis Cannabini
Seminis Lini
Seminis Papaveris albi.
Sem. quatuor frig. maj.
Seminis sesami
Seminis sinapis.
Et ex aliis seminibus.

OLEUM NUCLEORUM PERSICORUM.

℞. Procedatur hoc oleum exprimendo utì cum amygdalis factum.

Tali etiam modo parantur.

Oleum Nucum avellanarum
Nucum juglandium.

OLEUM NUCUM MOSCHATARUM.

℞. Nucum Moschatarum q. lubet
Optimè contundantur, tum vinô calidô irrorentur, ex quibus dein, dum adhuc calent, lege artis, exprimatur oleum.

OLEUM OVORUM.

℞. Ovorum recentium q. p.
Coquantur, donec penitùs indurentur, dein vitelli ex iis eximantur, & comminuti lentissimè assentur in sartagine, donec granulescant, tunc adhuc ferventes & forti sacculo inclusi exprimantur, ut oleum prodeat.



CLASSIS XI.

DE PILULIS.

PILULÆ DE AGARICO MESUE.

℞. Agarici drach. tres.
Iridis
Marrubii aa drach. un.
Turbith drach. quinque.
Specier. Hieræ picræ Galeni drach. quatuor.
Colocynthidos
Sarcocollæ aa drach. duas.
Myrrhæ drach. un.
Sapæ quantum ſatis.
Fiat Maſſa.

PILULÆ AGGREGATIVÆ.

℞. Myrobalanorum citrinorum.
Rhabarbari aa drach. quatuor.
Succor. inſpiſſat. Agerat. Abſynth. vulgar. aa drach. tres.
Diagridii drach. ſex
Myrobalanorum chebularum Indarum.
Agarici
Colocynthidos
Polypodii aa drach. duas.
Turbith
Aloës aa drach. ſex.
Maſtiches
Roſarum
Salis Gemmæ
Epythimi
Aniſi
Zinziberis aa drach. un.
Cum Syrupo roſato ſolutivo
Fiat Maſſa.

PILULÆ DE ALOE ROSATA.

℞. Aloës optim. quæ ſuccum roſar. tertia vice imbiberit, atque reſiccata fuerit unc. un.
Ex qua cum vino formentur pilulæ pro libitu.

Nota. *Eodem modô cum infuſione violarum paratur aloë violata, quæ plurium judicio Pilulas ſic dictas Francofurtenſes easdem eſſe judicet, oper p. m. 96. ſ. 21. Pilulæ de aloë roſata minùs quidem purgant, magìs tamen roborant, cruditates abſumunt, adſtrictam alvum ſolvunt, ac humorum putredinem arcent.*

PILULÆ DE AMMONIACO QUERCETANI.

℞. Balſami Aloëtici ſeu extracti Aloës ſuccotrinæ unc. quatuor.
Gummi Ammoniaci puri in aceto ſcillino diſſoluti, & per ſetaceum trajecti drach. ſex.
Myrrhæ electæ unc. ſem.
Maſtiches

Spe-

Specier. Diatrion. ſantal. aa drach. un. ſem.
Croci
Salis Fraxini
Abſynthii aa ſcrup. duos.
Cum Syrupo de ſtœchade vel de ſucco Roſarum fiat Maſſa pilularum.

PILULÆ ANETHINÆ.

℞. Aloës lucidæ
Diagrydii ſulphurati
Trochiſc. Alhandali aa drach. duas.
Magiſterii Jalappæ drach. un. ſem.
Extracti Ellebori nigri drach. un.
Cum ſ. q. olei deſtillati Anethi f. Maſſa.

PILULÆ ANGELICÆ.

℞. Aloes ſuccotrin. libr. un.
Quam diſſolve in
Succor. depurat. Cychorii
Endiviæ
Bugloſſi
Borraginis
Lupulorum
Fumariæ aa unc. quatuor.
Roſar. damaſcē. libr. una.
Lento igne ad juſtam conſiſtentiam deducantur, ut cum ſequenti pulvere
℞. Pulver. Rhabarb. electi unc. un.
Agarici trochiſcat. unc ſem.
Cinnamō. elect. drach. duas.

Fiat Maſſa pilularis.

Nota. *Dicuntur etiam Pilulæ de Aloë & Rhabarbaro, quas non multùm differre à Francofurtenſibus autumant.*

PILULÆ APOPLECTICÆ
D. D. Löw.

℞. Extracti Theriacalis
Ligni Aloes
Calami aromatici
Galangæ
Croci aa drach. ſemis.
Maſſæ pilular. de ſuccino Craton. unc. ſem.
Succini catarrhalis drach. un. ſem.
Lactis ſulphuris drach. un.
Bezoar Orient. ſcrup. duos. grana quinque.
Cinnabaris nativæ præparat.
Salis volatil. Cranii humani
Viperarum.
Magiſt. Perlar. oriental.
croci ſolis aa drach. un.
Miſce fiant cum eſſentia ambræ & Opobalſamo pilulæ pondere grani unius ſemis.

PILULÆ AUREÆ
NICOLAI.

℞. Aloes Succotrinæ
Diagrydii aa drach. quinque.
Roſarum rubrarum
Seminis Apii aa drach. duas ſem.
Aniſi
Fœniculi aa drach. un. ſem.
Maſtiches
Pulpæ Colocynthidos
croci aa drach. un.
Mellis roſati ſolutivi q. ſ.
Fiat Maſſa.

PILULÆ BALSAMICÆ MORTONIS.

℞. Millepedum præparat. unc. un. ſem.
Gummi Ammoniaci in granis pulveriſati drach. ſex.
Florum Benzoin ſcrup. octo.
Extracti croci
Balſami Peruviani nigri aa ſcrup. duos.
Olei aniſi gutt. quinque.
Miſceantur & cum ſpiritu vini vel Tinctura ſalis Armoniaci f. Maſſa.

PILULÆ BALSAMICÆ STOMACHALES ZWELFFERI.

℞. PulverisSuccini albi præparat. drach. un.
Olibani
Maſtichis
Myrrhæ
Gummi Animæ
Ligni aloes ponder.
Nucis Moſchat. aa ſcrup. duos.
Croci auſtriaci drach ſem.
Radic. Doronic. veri drach. un. ſem.
Reſinæ ſtyrac. calamit. drach. un.
Balſami Indici de Peru.
Olei nucis moſchat. expreſs. aa ſcrup. duos.
Opobalſami veri orientalis q. ſ. pro Maſſa juſtæ conſiſtentiæ efformanda, addendo ultimò.
Olei deſtillati Cinnamomi ſcrup. un.
Fiat Maſſa.

PILULÆ BECHERIANÆ aut potiùs STAHLIANÆ CORRECTÆ.

℞. Extracti Aloes aquoſi
Myrrhæ cum liquore
Nitri Fixi parati aa drach. quatuor ſem.
Cochleariæ
Cardui bened.
Abſynthii aa drach. tres ſem.
Hellebori nigri
Fumariæ aa cum vino parat. drach duas.
Rhabarbari
Centaur. minor aa drach. una.
Gummi hederæ
Juniperi aa ſubtiliſſimi pulveriſat. drach. tres.
Therebinth. Venet. puriſſ. drach. duas.
F. ſecundùm artem Maſſa pilularum, attendendo, ut extracta omni ſedulitate parentur, ſpecialiter verò extractum cochleariæ non aduratur.

PILULÆ CEPHALICÆ NOCTURNÆ D. D. FRANCHM.

℞. Maſſ. Pilul. de Agarico
Aggregatio.
Lucis major aa unc. un.
Extract. Aloëphang.
Aurear.
Cochiar. aa drach. ſex.
Colocynthid.
Rhabarb. aa drach. duas.
Ligni aloes drach. un.
Tro-

Trochisc. Alhandal. drach. duas.
Pulveris syrii drach. sex.
Olei fœniculi drach. un.
M. f. l. a. pilulæ pondere semialterius grani.

PILULÆ CICERUM TARTARI MYNSICHTI.

℞. Therebinthinæ cypriæ in aqua violarum lotæ, & in eadem ad justam consistentiam coctæ unc. duas.
Acidi Tartari unc. un.
Specier. Diaireos simpl. drach. duas.
Nitri præparat. drach. un.

Misce, & manus immittendo in aquam violarum frigidam, formentur pilulæ ad quantitatem cicerum.

PILULÆ CLEMENTINÆ.

℞. Magisterii Perlarum
Coralliorum
Auri fulminantis
Extracti croci
Trochisc. viperar. roman.
Bezoar Oriental.
Myrrhæ electæ
Aloes pellucidæ aa drach. un.
Laudani opiati cum aqua calcis correcti unc. un. sem.
Magisterii succini albi.
Specifici cephalici Michael.
Lapidis smaragdi præparati aa drach. sem.
Olei caryophillor. gut. trigint.
cinnamomi gut. decem.

M. cum Tincturæ corallior. s. q. formentur pilulæ pondere grani unius deaurentur.

PILULÆ COCHIÆ RHASIS.

℞. Species hieræ picræ Rhasis drach. decem.
Pulpæ colocynth. scrup. decē.
Diagrydii drach. duas sem.
Stœchadis
Turbith aa drach. quinque.
Syrupi de stæchade q. s.
Fiat Massa.

PILULÆ sinè CUSTODIA D. D. LöW.

℞. Mass. Pilul. Tart. Schrœderi.
Anethinarum
de Am̄oniac. querc.
Succino Craton.
Papalium Urbani
aa scrup. sem.

M. cum syrupo aperit. Magistrali f. Massa, & formentur pilulæ granorum duorum.

PILULÆ de CYNOGLOSSO NICOLAI.

℞. Radic. cynoglossi siccar.
Seminis hyosciami albi.
Opii depurati aa unc. sem.
Myrrhæ drach. sex.
Thuris drach. quinque.
Caryophillorum
Cinnamomi
Styracis calamitæ aa drach. duas.

Cum Syrupo ex Succo violarum & succo cynoglossi lege artis formetur Massa.

PILULÆ DOMINARUM.

℞. Extracti ligni aloes.
castorei aa scrup. un.
Croci scrup. sem.
Salis Perlarum
Corallior.

jovis

jovis aa gran. quindecim.
Pulveris viperarum drach. duas.
Theriacæ ſmaragdinæ ſcrup. un.
Miſce cum mucilagine Tragacanthi (alii cum ſyrupo de arthemiſia) formentur pilulæ pondere grani unius, quæ conſpergi ſolent pulvere florum lavendulæ.

Nota. *Dicuntur vulgò* Marquartische Pillen, *quas Baroniſſa de Marquart ſingulariter ſibi, tum & aliis in affectibus uterinis, tum aliis ſpaſticis à D. D. Caſſinis recommendatiſſimas habuit.*

PILULÆ EMMANUELIS.

℞. Aloes Hepaticæ unc. un.
Rhabarbari drach. duas.
Croci auſtriaci
Myrrhæ
Agarici aa drach. un.
Zedoariæ
Gentianæ aa drach. ſem.
Theriacæ optimæ drach. duas aut q. ſ.
Pulveriſatis omnibus fiat ùt artis eſt maſſa.

PILULÆ de HIERA CUM AGARICO.

℞. Specier. Hieræ picræ Galeni.
Agarici trochiſcati aa unc. ſem.
Aloes unc. un.
Mellis roſati quantum ſatis.
Fiat Maſſa.

PILULÆ HYDROPICÆ BONTII.

℞. Aloes optimæ drach. duas ſem.
Gummi Guttæ ſubtiliter pulveriſat. & cum malvatico diſſolut. & lævigat. drach. un. ſem.
Diagrydii eodem modo parati drach. unam.
Gummi ammoniaci drach. un. ſem.
Tartari vitriolat. drach. ſem.
Cum Syrupo Roſar. ſolutiv. fiat Maſſa.

PILULÆ HYSTERICÆ.

Vide MATRICALES.

PILULÆ LUCIS MAJORES.

℞. Roſarum
Violarum
Abſynthii
Colocynthidos
Turbith
Cubebarum
Calami aromatici
Nucis moſchatæ
Spicæ indicæ
Epithimi
Carpobalſami, vel locò ejus
Cardamomi minoris.
Xylobalſami
Semin. Seſeleos Maſſiliotici
Rutæ
Aniſi
Fœniculi
Apii
Schœnanthi
Maſtiches
Radic. Aſari
Caryophillorum
Cinnamomi
Caſſiæ ligneæ

Croci

Croci
Macis aa ſcrup. un.
Myrobalanorum omnium
Rhabarbari aa ſcrup. duos.
Agarici
Sennæ aa ſcrup. duos ſem.
Euphraſiæ drach. unam.
Aloes ſuccotrinæ ad pondus omnium, id eſt, unc. un. drach. ſeptem.
Excipe ſucco fœniculi & formetur maſſa.

PILULÆ MATRICA. LES D. D. FRANCH.

℞. Extracti ligni aloes
Caſtorei aa drach. tres.
Croci drach. ſem.
Fœculæ Bryoniæ
Salis Perlarum
Coralliorum aa ſcrup. unum.
Miſce cum eſſentia Caſtorei ſufficienti quantitate fiat Maſſa Pilularum, ex qua formentur Pilulæ pondere grani unius.

PILULÆ NOBILES.

℞. Seminis Aniſi
Fœniculi
Caryophillorum
Cinnamomi
Croci
Cardamomi aa drach. un.
Nucis moſchatæ
Herbæ Majoranæ
Arthemiſiæ
Florum Roſarum
Lavendulæ
Myrobalanorum citrinarum
Indarum.
Sandali albi
rubri
Liquiritiæ
Corticum citri aa ſcrup. quatuor.
Maſtiches
Myrrhæ rubræ aa drach. un. ſem.
Boli armeni
Mumiæ
Folior. ſennæ ſelectæ
Rhabarbari aa unc. ſem.
Agarici trochiſcati drach. ſept.
Aloes ſuccotrinæ unc quinque ſem.
Diagrydii ſulphurat. drach. ſex.
Omnia ſeorſim ſubtiliter pulveriſata inſpergantur, ſucceſſivè in aloen aquâ calidâ ſolutam, agitando ut fiat Maſſa, ex qua formentur pilulæ minores.

PILULÆ OPTHALMICÆ D. D. FRANCHMANI.

℞. Maſſ. Pil. de Agarico
Aurear.
Sinè quibus
Lucis majoris
Trochiſc. Alhandali aa drach unam.
Olei aniſi
Anethi aa guttas duodecim.
M. Fiant pilulæ minores.

PILULÆ ORIENTALES AUREÆ.

℞. Bezoar Orientalis
SYRUPUS GRANORUM CHERMES.

℞. Coccinellæ unc. un.

Infundatur per noctem in

Aquæ borraginis

Totius citri aa libr. una.

Colatura clarificata coquatur vaſe clauſo cum

Sacchari albi libr. duabus.

In fine coctionis addendo

Succi ſimplicis Granor. Chermes Monſpellienſis unc. quatuor.

Fiat ſyrupus.

SYRUPUS HEDERÆ TERRESTRIS.

℞. Succi hederæ terreſtris depurati libr. tres.

Sacchari albiſſimi libr. un. ſem.

Coquatur, ùt artis eſt in ſyrupum.

SY-

SYRUPUS de JUJUBIS.

℞. Jujubarum No. ſexaginta.
Violarum
Semin. Malvæ aa drach. quinque.
Capillor. veneris
Hordei mundi
Glycyrrhizæ aa unc. un.
Semin. Papaver. albi.
Melonum
Lactucæ
Cydoniorum
Tragacanthi aa drach. tres.
Aquæ fontanæ libr. novem.

Coquantur ad tertias, & colaturæ addendo
Sacchari libr. duas.
F. ſecundùm artem ſyrupus.

SYRUPUS de LIQUIRITIA.

℞. Glycyrrhizæ unc. duas.
Capillor. veneris unc. un.
Hyſſopi unc. ſem.
Aquæ libr. quatuor.

Species prædictæ in aqua priùs fervefacta horis viginti quatuor macerentur, deinde decoquantur ad dimidias, colaturæ addendo
Mellis deſpumati unc. octo.
Sacchari albi unc. ſedecim.
Aquæ roſar. unc. ſex.
Fiat ſyrupus ſecundùm artem.

SYRUPUS MANNATUS.

℞. Specier. decoct. flor. & fruct. unc. duas.
Florum cordialium aa pug. duos.
Fol. ſennæ elect. unc. quatuor.
Paſſular. minor.
Polypodii aa unc. duas.
Semin. Aniſi
Fœniculi aa drach. duas.
Galangæ
Macis
Zinziberis aa drach. un.

Coquantur in aquæ fontanæ ſ. q. in colatura ſolvantur
Mannæ calabrinæ unc. ſex.
Sacchari albi unc. octodecim.
Fiat ſecundùm artem ſyrupus.

SYRUPUS MENTHÆ.

Paratur ex ſucco Menthæ criſpæ ùt ſyrupus hederæ terreſtris.

SYRUPUS MORORUM.

Fit ad normam ſyrupi Berberum.

SYRUPUS de NICOTIANA. D. D. SMID.

℞. Succi herbæ Nicotianæ libr. duas.
Aquæ fontanæ libr. quatuor.
Salis Tartari unc. duas vel. tres.

Coque continuò in vaſe vitreo vel benè vitreato argillaceo ad remanentiam libræ unius, cui denuò adde
Aquæ fontanæ libr. tres.
Ac demùm coque, in quo tandem ſolve
Sacchari libr. duas.
Uſuíque repone.

SYRUPUS PAPAVERIS ALBI.

℞. Capit. papav. albi recentium cum

cum feminibus libr. un. fem.

Coquantur in aquæ pluviæ puriffimæ libris feptem, ad remanentiam librarum duarum. Quibus colatis expreffis adde

Sacchari albi libr. un. fem.

Coquantur infimul ad confiftentiam fyrupi ùt artis eft.

SYRUPUS PAPAVERIS ERRATICI.

Fit ex florum infufione ùt fyrupus de Rofis ficcis, quamvis ex fucco quoque parari poffit, qui priore multò efficacior eft.

SYRUPUS PERSICORUM FLORUM.

℞. Flor. Perficor. recentium libr. unam.

Contundantur & macerentur horis duodecim in libra una aquæ calentis, poftea exprimantur, & in colatura depurata folvendo facchari albi clarificati & ultrà confiftentiam tabellarum cocti quantitatem fufficientem. Fiat fyrupus.

SYRUPUS POEONIÆ FLORUM.

Paratur ex florum infufione more aliorum, quamvìs & è florum fucco confici queat.

SYRUPUS de QUINQUE RADICIBUS.

℞. Radic. Apii
Fœniculi
Petrofelini
Afparagi
Rufci aa unc. duas.
Aquæ fontanæ libr. fex.

Coquantur ad tertiæ partis confumptionem: expreffum coquatur denuò fecundùm artem cum

Sacchari libr. octo.

Addendo ad finem.

Aceti albi unc. octo.

Fiat fyrupus.

SYRUPUS RIBIUM.

℞. Succi Ribiũ depurati libr. tres.
Sacchari libr. un. fem.

Fiat ex arte fyrupus.

SYRUPUS ROSARUM SOLUTIVUS Cum foliis fennæ.

℞. Rhabarbari optimi
Fol. Sennæ felect. aa unc. duas fem.
Flor. Violarum manip. un.
Cinnamomi drach. un. fem.
Zinziberis drach. fem.
Aquar. Betonicæ
Cychorii
Bugloffi aa libr. un.

Fiat omnium infufio per noctem: manè ebullitione & expreffione facta, colatura fecundùm artem coquatur in fyrupum cum

Sacchari albi unc. fedecim.

Cui addantur

Syrupi Rofar. folutivi fimpl. unc. quatuor.

SYRUPUS ROSARUM SOLUTIVUS SIMPLEX.

℞. Flor. Rofar. Damafcenar. recent. ex. gr. libr. duodecim.

Contundantur & macerentur

horis

horis viginti quatuor in totidem aquæ claræ libris, posteà exprimantur, additisque sacchari albi libr. duabus, in syrupum secundùm artem coquantur.

SYRUPUS DE ROSIS SICCIS.

℞. Rosar. rubr. exsiccatarũ libr. unam.
Infundantur in aquæ calentis puræ s. q. horis viginti quatuor, postea in expressione diluatur
Sacchari albissimi libr. una.
Et coquatur ex arte in syrupum.

SYRUPUS RUBI IDÆI.

℞. Succi Baccar. Rubi Idæi depurati libr. tres.
Sacchari albi libr. un. sem.
Coque secundùm artem in syrupum.

SYRUPUS SCABIOSÆ.

℞. Succi scabiosæ defœcati libr. tres.
Sacchari libr. un. sem.
Coque ex arte in syrupum.

SYRUPUS SCELOTURBICUS.

℞. Succi Nasturtii aquatici.
Beccabungæ aa libr. sem.
Fumariæ
Lupuli aa unc. tres
Lento igne destillando abstrahantur ejus unc. quatuor sem.
Residuum cum sacchari dupla quantitate clarificetur, & ultrà tabulati consistentiam coctum, cum aqua destillata permisceatur ad debitam syrupi consistentiam.

SYRUPUS de SCORDIO.

℞. Succi scordii depurat. libr. duas.
Sacchari Libr. un. sem.
Fiat ex arte syrupus.

SYRUPUS de SILIQVIS vel DIACOD. MONT.

℞. Capit. papav. albi cum seminibus No. viginti.
Siliquarum dulcium unc. tres.
Glycyrrhizæ rasæ unc. duas.
Aquæ fontanæ libr. duodecim.
Eximantur è siliquis grana, posteà decoquantur in aqua ad remanentiam librarum trium, exprimantur, & colentur. Tandem additâ
Sacchari candi rubri libr. un. sem.
Decoquantur s. a. ad syrupi consistentiam.

SYRUPUS DE SPINA CERVINA.

℞. Baccar. fruticis illius, quem spinam cervinam seu infectoriam vocant, circà finem septembris aut Octobris initio collectarum quantitatem sufficientem. Priùs calefactæ contundantur, in pila lapidea, deinde exprimendo colentur, succus expressus coquatur lento igne, donec quarta pars absumatur.
In cujus colati libr. duabus
Sacchari libr. quatuor.
Solvantur clarificentur, & coquantur, donec syrupi benè cocti consistentiam acquirant, adjiciendo in fine
Anisi

Mastiches aa drach. tres.
Zinziberis
Cinnamomi
Caryophillorum aa drach. un. sem.

Fiat syrupus.

SYRUPUS de SYMPHITO FERNELII.

℞. Radic. & Cymarum symphiti Major. manip. sex.
Rosarum rubrarum
Betonicæ
Plantaginis
Pimpinellæ
Polygoni
Scabiosæ
Tussilaginis aa manip. duos.

Ex tusis omnibus recentibus exprimatur succus, coquaturque ad libras tres addendo
Sacchari albi libr. duas sem.

Fiat ex arte syrupus.

SYRUPUS FLORUM TUNICÆ.

Fit ut syrupus rosatus simplex.

SYRUPUS VIOLARUM.

℞. Florum Violarum Martialium libr. un.

Eos diligenter è calculis excerptos & à viridi caule repurgatos in libra una semis aquæ per viginti quatuor horas infunde, posteà cola & exprime, expressum cum sacchari clarificati ultrà consistentiam tabellarum cocti sufficienti quantitate.

Fiat lege artis syrupus.

Nota. *Paratur etiam aliter cum spiritu salis & succo citri.*

JULAPIA.

Nota. *Julapia cassantur, quia pro intentione Medici magistraliter ordinari possunt.*

MELLA.

MEL ANTHOSATUM.

℞. Infusi florum, & herbæ roris-marini recentium saturatissimi libr. un.
Mellis despumati libr. un sem.

Ebulliant ad debitam consistentiam, colentur, & mel servetur usui.

Nota. *Hac methodo reliqua mella parantur.*

MEL DE NICOTIANA.

Vide SYRUPUS de NICOTIANA. fol. 223.

MIVA CYDONIORVM AROMATISATA NICOLAI.

℞. Succi Cydoniorum depurati libr. viginti.
Sacchari libr. tres.

Clarificentur cum albumine ovorum, & coquantur ad consistentiam spissiorem, Pharmacopœo perito notam, quibus ab igne depositis misceatur sequens infusio.

℞. Cinnamomi electi
Cardamomi majoris aa drach. tres.
Caryophillorum drach. duas. sem.
Zinziberis

Masti-

Maſtichis
Macis aa drach. un.
Croci drach. duas.
Ligni aloes drach. duas ſem.
Ambræ
Moſchi aa ſcrup. duos.

Inciſa & contuſa macerentur per viginti quatuor horas in
Vini albi generoſi libr. un.
Poſteà filtrentur.

MIVA CYDONIORVM SIMPLEX.

℞. Succi Cydonior. depurati libr. duodecim.
Sacchari libr. tres.
Coquantur ad juſtam conſiſtentiam.

OXIMEL SIMPLEX.

℞. Mellis deſpumati & ad craſſam conſiſtentiam debitè coƈti libr. duas.
Aceti acerrimi unc. decem.
Miſce.

OXIMEL SQVILLITICUM.

℞. Mellis deſpumati libr. tres.
Aceti ſquillitici libr. duas.
Coquantur lento igne ad perfectam conſiſtentiam.

OXISACCHARUM:

℞. Sacchari albiſſimi libr. unam.
Aceti vini unc. quatuor.
Succi granatorum acidorum unc. oƈto.
Coquãtur inſimul unica ebullitione ad ſyrupi conſiſtentiam.

PANIS CYDONIORUM ſeu MARMELADA SIMPLEX.

℞. Pulpæ cydoniorum cum ſucco Cydoniorum per ſetaceum trajeƈtæ & inſpiſſatæ.
Sacchari albiſſimi aa libr. duas.
Coquantur leni igne in vaſe terreo ad debitam conſiſtentiam ad ſcatulas implendas.

PANIS CYDONIORUM AROMATISATUS.

℞. Panis Cydoniorum ſimplicis libr. un.
Pulver. Cinnamomi optimi drach. duas.
Zinziberis drach. un.
Caryophillor. ſcrup. duos.
Galangæ
Macis
Nucis moſchatæ aa drach. ſem.
Commiſceantur lege artis pro uſu.

PASSULÆ LAXATIVÆ.

℞. Folior. Sennæ Alexandr. unc. quat.
Cinnamomi eleƈti
Zinziberis aa ſcrup. quatuor.
Aquæ Endiviæ libr. duas ſem.
Infundantur per horas octo, deinde ebulliant, huic decocto addantur
Sacchari albi unc. quatuor.
Paſſular. mundatar. minor. libra una.
Atque poſt juſtam coƈtionem reponantur.

PULPA ſeu FLOS CASSIÆ, ſeu CASSIA EXTRACTA.

℞. Cannæ caſſiæ ponderoſæ & quæ con-

cuſſæ non reſonent, aperiantur, & contenta in iis pulpa cum laminis & ſeminibus diligenter excavetur, exempta projiciatur ſuper inverſum & anguſtū cribrum è ſetis equinis contextum, & cochleari convexo medulla caſſiæ hinc inde moveatur, ut per cribrum ſucceſſivè trajiciatur, dein ſolvantur leni igne in

Pulpæ hujus libr. una.

Sacchari pulveriſati unc. tres.

Inſtante verò neceſſitate recentes caſſiæ flores ſemper educere præſtat, cùm diutiùs repoſiti arceſcere ſoleant.

PULPA CASSIÆ PRO CLYSTERIBUS.

℞. Herbarũ quinque emollient. unc. tres.

Florum Chamæmeli unc. un.

Coquantur cum aquæ fontanæ ſufficienti quantitate; extrahatur hoc decocto caſſia, & cannæ ejus eluantur, tum

Pulpæ Caſſiæ cum hoc decocto extractæ, & ad ſpiſſitudinem coctæ libr. un.

In fine incorporetur

Sacchari Thomæi libr. un. ſem.

PULPA PASSULARUM.

℞. Paſſular. minor. ſucculentar. quantum placet.

Coquantur in fictili vitreato ſat capaci, tum per cribrum ſetaceum trajiciantur, trajecta pulpa rursùs lento igne coquatur ad juſtam ſpiſſitudinem, addendo ad

Pulpæ libras quinque.

Sacchari albi libr. duas ſem.

PULPA PRUNORUM, Et PULPA TAMARINDORUM.

Extrahuntur eodem modô, quô pulpa Paſſularum.

ROOB CYNOSBATOS.

℞. Pulpæ Cynosbatos per ſetaceum trajectæ libr. duas.

Sacchari albi pulveriſati libr. un.

Coquantur invicem ad juſtam conſiſtentiam.

ROOB DIAMOROR.

℞. Succi moror. domeſt. depurati libr. quinque.

In quibus ſolvatur

Sacchari libr. una.

Clarificetur cum albumine ovi & fiat coctio ad juſtã conſiſtentiam.

ROOB EBULI.

℞. Succi Granorum Ebuli libr. un.

Inſpiſſentur lento igne addit.

Sacchari libr. ſem.

Hoc modô parantur.

Roob juniperi

Sambuci

De ſpina cervi

Nota. *Roob Cynosbatos, Ebuli, juniperi, ſambuci & ſimilia etiam abſque ſaccharo adjuſtam conſiſtentiam parari ſolent.*

ROOB MYROBALANORUM.

℞. Quinque generum Myrobalanorum:

Rhabarbari electi aa unc. duas.

Conciſa & contuſa infundantur per noctem in

Aquæ fontanæ libr. tribus.

Unâ alteráve ebullitione peracta,

actâ, fortíque expreſſione coquãtur, cum

Sacchari albi libr. una.

Lege artis ad conſiſtentiam addendo ſaporis gratiâ

Eleoſacchari

Nucis moſchatæ aa drach. un.

ROOB NUCUM.

℞. Decocti corticum viridium juglandium diebus canicularibus parati libr. quatuor.

Mellis libras duas.

Coquantur ùt artis eſt.

CLASSIS XVI.

DE TROCHISCIS, SUFFITIBUS & SUPPOSITORIIS.

TROCHISCI DE ABSYNTHIO.

℞. Abſynthii pontici

Roſarum

Aniſi aa drach. duas.

Rhabarbari

Succi Evpatorii

Aſari

Seminis apii

Amygdalorum amarorum

Spicæ indicæ

Maſtichis

Folii indi aa drach. unam.

Succi abſynthii q. ſ.

Fiant Trochiſci.

TROCHISCI de AGNO CASTO.

℞. Semin. Agni caſti drach. quinque.

Endiviæ

Portulacæ aa drach duas ſem.

Cortic. Tamariſci drach. quinque.

Formentur Trochiſci cum decocto ſcolopendrii.

TROCHISCI ALHANDALI.

℞. Gummi Tragacanthi

Arabici aa q. ſ.

Macerentur in aqua Roſacea, donec liqueſcant, & cum majori parte hujus mucilaginis

Pulpæ colocynthidis à ſeminibus mundatæ ac minutim inciſæ unc. decem.

Imbuantur, ſiccentur, pulveriſentur, & tandem cum reliqua mucilagine formentur Trochiſci.

TROCHISCI ALIPTÆ MOSCHATÆ.

℞. Ladani puriſſimi unc. tres.

Styracis calamitæ unc. duas. ſem.

Ligni aloes veri drach. duas.

Ambræ drach. un.

Camphoræ drach. ſem.
Moſchi ſcrup. ſem.
Aquæ Roſarum q. ſ.

Ladanum & ſtyrax in mortario calido piſtillô calidô validè contuſa miſcentur & emolliuntur, tunc lignum aloes in tenuem pollinem tritum inſpergitur, & denique ambra & moſchus cum camphora in ſ. q. aquæ roſarum odoratiſſimæ ſoluta adduntur, & omnia in paſtam coguntur, ut in trochiſcos efformari queant.

TROCHISCI ALKEKENGI.

℞. Fructuum Halicacabi drach. tres.
Semin. Citrulli
Melonum
Cucurbitæ aa drach. tres ſem.
Boli armenæ
Gummi arabici
Thuris maſculi
Sanguinis draconis
Amygdalor. amarorum
Succi Glycyrrhizæ
Tragacanthi
Amyli
Semin. Papaveris albi aa drach. ſex.
Succini albi
Terræ ſigillatæ
Opii aa drach. duas.

Cum ſucco Halicacabi vel cum aqua Roſacea, in qua ejuſdem fructus ſicci fuerint macerati; opium ſubinde omittitur, fiant trochiſci.

TROCHISCI BECHICI ALBI P. A. R.

℞. Sacchari albiſſimi libr. un. unc. octo.
Ireos unc. un. ſem.
Amyli unc. duas ſem.
Mucilaginis Tragacanthi albiſſimi cum aqua roſar. factæ q. ſ.
Formentur Trochiſci parvi.

TROCHISCI BECHICI FLAVI.

℞. Sacchari albi libr. un.
Radic. Ireos florentin.
Liquirit. aa unc. un.
Croci ſcrup. duos.
Cum ſ. q. mucillaginis tragacanthi
Fiant trochiſci.

TROCHISCI BECHICI NIGRI.

℞. Succi Liquiritiæ inſpiſſati unc. octo.
Sachari libr. duas.
Cum mucilagine tragacanthi fiant Trochiſci in mortario calido maſſam miſcendo.

TROCHISCI BECHICI RUBRI.

℞. Specier. trochiſc. albos conſtituentium unc. duas.
Boli armenæ orientalis præparat. drach. duas & ſcrup. duos.
Cum infuſo tragacanthi facto in aqua Roſarum.
Fiant Trochiſci.

TROCHISCI de CAPPARIBUS.

℞. Cortic. Radic. capparor.
Semin. agni caſti aa drach. ſex.

Nigellæ
Naſturtii
Calaminthæ
Succi Evpatorii
Acori
Amygdalor. amarorum.
Folior. Rutæ
Ariſtolochiæ rotundæ veræ
Ammoniaci aa drach. duas.
Cyperi rotundi
Scolopendrii veri aa drach. un.

Trita omnia cum Gummi Ammoniaco in aceto diſſoluto formentur in
Trochiſcos.

TROCHISCI DE CARABE.

℞. Carabe drach. ſex.
Cornu cervi uſti.
Gummi Arabici
Corallii rubri
Tragacanthi
Succi acaciæ
hypociſtidis
Balauſtiorum
Maſtiches
Laccæ
Sem. Papav. nigr. aa drach. duas
Thuris
Croci
Opii aa drach. un. grana quindecim.
Mucilagin. Pſylii q. ſ.
Formentur Trochiſci.

TROCHISCI FUMALES.

℞. Benzoin unc. novem.
Styracis calamitæ unc. ſex.
Corticis Thymiam.
Maſtichis
Gummi ladani aa drach. decē.

Ex pulveriſatis cum mucilagine tragacanthi fiant Trochiſci parvi. Pro completis additur.
Moſchi
Ambræ aa ſcrup. ſem.

TROCHISCI GALLIÆ MOSCHATÆ.

℞. Ligni Aloes drach. quinque.
Ambræ drach. tres.
Moſchi drach. un.
Mucilaginis tragacanthi cum aqua roſarum extract. q. ſ.
Formentur Trochiſci.

TROCHISCI GORDONII.

℞. Semin. quatuor frigidor. major. mundatorum.
Papaveris albi
Malvæ
Bombacis
Portulacæ
Cydoniorum
Baccar. Myrtillorum.
Tragacanthi
Gummi Arabici
Pinearum mundatarum
Piſtaciorum
Liquiritiæ mundæ
Hordei mundi
Mucilaginis Pſylii
Amygdalorum dulcium aa unc. un.
Boli armenæ
Sanguinis draconis
Spodii
Roſarum
Myrrhæ aa unc. ſem.
Sacchari candi unc. duas.

Cum hydromellite fiant Trochiſci.

TROCHISCI de MYRRHA.

℞. Myrrhæ drach. tres.
Lupinorum drach. quinque.
Foliorum Rutæ
Mentaſtri
Pulegii
Cumini
Rubiæ
Aſæ fœtidæ
Sagapeni
Opopanacis
Diſſolvantur Gummia in aceto ſcyllitico, & cum ſucco Arthemiſiæ formentur Trochiſci.

TROCHISCI de RHABARBARO.

℞. Rhabarbari opt. drach. decem.
Succi Eupatorii
Amygdalorum amarorum aa. drach. quatuor.
Roſar. rubrar. drach. tres.
Spicæ indicæ
Aniſi
Radic. Rubiæ
Abſynthii
Aſari
Semin. Apii aā drach. un.
Mucilagin. Tragacanthi cum aqua cuſcutæ fact. q. ſ.
Fiant Trochiſci.

TROCHISCI de SQUILLA.

℞. Scillam plenam & candidam Cortice primô detractô, & parte duriore, cui radiculæ adhærent, abjectâ, farinâ ſubactâ involves, & eouſque in clibano coques, donec farina cruſtam contraxerit, quâ perforât à ſtylo ligneo explorabis, num ſcilla tenera ſit. eam exemptam diligenter teres, & admiſcebis pulveris ſubtiliſſimè triti dictamni albi uncias octo ad ſingulas libras, formabíſque trochiſcos ponderis drachmarũ duarum, quos in umbra ſiccabis, ſæpiùs invertendo, donec probè ſiccati fuerint.

TROCHISCI STELLATI, ſeu STERNBERGICI.

℞. Cremor. Tartari unc. un.
Fœculæ acetoſellæ ſcrup. un.
Sacchari albiſſimi unc. tres.
Cum ſucco citri mucilagine tragacanthi ſubacto q. ſ.
Fiant Trochiſci majores.

TROCHISCI SUBLINGUALES.

℞. Pulver. Radic. Angelicæ unc. ſem.
Pimpinellæ
Semin. Angelicæ.
Cortic. Citri ſicci
Zedoariæ aa ſcrup. duos.
Sacchari albi unc. ſeptem.
Cum mucilagine Tragacanthi ex aqua Roſarum fact. q. ſ.
Formentur Trochiſci parvi.

TROCHISCI AD VERMES.

℞. Mercurii dulcis ritè præparati drach. duas.
Herbæ Carlinæ
Semin. Santonici
Cornu cervi phil. ppti. aa drach. un.

Dia-

Diagrydii ſulphurati drach. ſem.
Cinnamomi acuti ſcrup. ſem.
Sacchari albiſſimi unc. un.
Ex pulveriſatis cum mucilagine tragacanthi.
Ex tempore recenter parari poſſunt Trochiſci.

TROCHISCI DE VIPERIS.

℞. Carnis viperinæ anethô, ſale, & aquâ coctæ, & poſt factam à ſpinis ſeparationem nonnihil exſiccatæ unc. octo.
Panis triticei puriſſimi bis cocti triti & cribrati unc. duas.
Formentur trochiſci cum jure, in quo decoctæ fuerint carnes viperinæ, priùs tamen cocturâ ad minorem molem deducta, & inungatur oleô Caryophyllorum, quod proximè accedit ad naturam Balſami. Siccentur in loco umbroſo, & aëri pervio, ſæpè eos invertendo, deinde in vaſe vitreo benè obturato, reponendo, annum integrum perſeverant, quamquàm longè meliùs fuerit, recentes ſemper pro conficienda Theriaca adhibere.

TROCHISCI VITÆ MYNSICHTI.

℞. Man. Chriſti ſimpl. unc. octo.
Confect. alkerm. complet. unc. ſem.
Margarit. trochiſc. noſt.
Ambræ Gryſeæ aa drach. un.
Moſchi laudatiſſimi
Lapid. quinque pretioſor. præparat. aa ſcrup. un.
Elœoſacchari cinnamomi
Caryophillorum aa ſcrup. ſem.
Miſce, & cum tragacantho in aqua fragrantiſſima Roſarum diſſoluto. Fiant trochiſci parvi.

SUFFITUS.

PULVIS FUMALIS ARTHRITICUS. Vide fol. 200.
PULVIS FUMALIS CATARRHALIS. Vide fol. 200.
PULVIS FUMALIS IMPERIALIS. Vide fol. 200.
TROCHISCI FUMALES. Vide fol. 231.

SUPPOSITORIUM cum SPECIEBUS.

℞. Aloës drach. duas.
Cumini
Rutæ
ſalis Gemmæ aa drach. un.
Fiat pulvis, qui ſubigatur cum ſ. q. Mellis, & redigatur in glandes.



CLASSIS XVII.

DE UNGUENTIS.

CATAPLASMA DE OLIBANO.

℞. Olei amygdal. dulcium vel Lini
Pulveris olibani aa libr. ſem.
Miſce exactiſſimè, fiat cataplaſma, & ſignetur ſuo nomine.

UNGUENTUM ÆGYPTIACUM.

℞. Æruginis unc. quinque.
Mellis libr. unam.
Aceti fortis libr. ſem.
Ærugo trita diluatur aceto, dein per ſetaceum colata, & melli permixta coquatur, donec fiat unguentum ſpiſſum, & colore purpureum.

UNGUENTUM ALABASTRINUM.

℞. Flor. & Herbarum.
Chamomillæ
Rutæ aa manip. duos.
Roſarum
Betonicæ aa manip. un.
Radic. Altheæ unc. duas.
Olei Roſati libr. un. ſem.
Contundantur, & ad aquæ humiditatis exhalationem coquãtur, poſteà colentur & exprimantur, ex colatura cum
Alabaſtri puri & pulveriſati unc. tribus.
Ceræ albæ q. ſ.
Fiat unguentum.

UNGUENTUM ALBUM CAMPHORATUM.

℞. Unguenti albi ſimplicis libr. unam.
Camphoræ unc. ſem.
Miſceantur benè pro unguento.

UNGUENTUM ALBUM SIMPLEX.

℞. Axungiæ porcinæ libr. duodecim.
ceruſſæ venetæ priùs in aceto diſſolutæ libr. ſex.
Fiat una vel altera ebullitione unguentum.

UNGUENTUM ALTHÆÆ.

℞. Radic. Althææ libr. un.
Seminis Lini
Fœnugræci aa libr. ſem.
Axungiæ Porcinæ libr. quatuor
ceræ libr. unam.
Therebinthinæ unc. duas.
Reſinæ unc. ſex.
Radic. & ſemina contuſa macerentur in ſ. q. aquæ, deinde co-

coquantur, donec emittant crassam & viscosam mucilaginē, quæ exprimatur, & tum

℞. Expressæ mucilaginis libr. duas.

Coque cum butyro & cùm aquosum illud in mucilagine consumptum fuerit, ceram cum resina liquatam, & colatam, hisque ab igne depositis Therebinthinam cum resina addito, & fiat ùt artis est unguentum.

UNGUENTUM ANODYNUM.

℞. Olei Lilior. albor. unc. sex.
Anethini
Chamomillæ aa unc. duas
Amygdalar. dulc. unc. un.
Pinguedinis Anatis
Gallinæ aa unc. duas.
Ceræ albæ q. s.

In Oleis & Pinguedinibus ceram liquando, fiat unguentum.

UNGUENTUM APOSTOLORUM.

℞. Therebinthinæ
Resinæ
Ceræ albæ
Ammoniaci præpar. aa drach. quatuordecim.
Aristolochiæ longæ
Thuris masculi
Bdellii aa drach. sex.
Myrrhæ
Galbani præparat. aa unc. sem.
Opopanac. præpar.
Æruginis aa drach. duas.
Lithargirii drach. novem.
Olei communis libr. tres.

Oleum cum Lythargirio sufficienter coquatur lento igne, posteà immisceatur cera cum Resina liquefacta, & colata, atque his ab igne remotis & nonnihil refrigeratis Ammoniacum Galbanum & opopanax cum therebinthina soluta, ac tandem reliqua in pulverem contrita misceantur.

UNGUENTUM de ARTHANITA.

℞. Radic. Cyclaminis libr. tres.
cucumeris agrestis.
Butyri aa libr. un.
Olei irini libr. duas.
Pulpæ colocynthidis unc. quatuor.
Polypodii unc. sex.

Contundenda terantur & macerentur in succis ac oleis diebus octo in vase vitreo, posteà additis

Fellis Tauri drach. sept. sem.

Coquantur ad aquosarum partium consumptionem, colentur, & exprimantur, in colato dissolvantur.

Ceræ unc. quinque.

Et ferè refrigeratis inspergatur paulatim pulvis subsequens.

℞. Euphorbii drach. septem.
Sagapeni
Scammonii
Aloës
Colocynthidis
Mezerei
Turbith aa drach. septem sem.
Salis Gemmæ drach. quatuor. sem.
Myrrhæ

Piperis longi
Zinziberis
Chamæmeli aa drach. tres.
Misce, fiat unguentum.

UNGUENTUM BASILICUM VIENNENSE.

℞. Ceræ flavæ
Sevi arietini
Resinæ
Picis navalis
Therebinthinæ claræ aa libr. sem.
Olei olivarum libr. un.

Cera, sevum, Resina & pix cum oleo ad lentum ignem solvantur, dein therebinthina addatur ad conficiendum unguentum.

UNGUENTUM CALENDULÆ.

℞. Flor. calendulæ recentium libr. unam.
Butyri recentis non saliti libr. duas.

Incisi flores cum butyro coquantur, ad justam consistentiam, ut peractâ colaturâ & forti expressione unguento color flavus concilietur.

UNGUENTUM CARMINATIVUM.

℞. Flor. chamomillæ manip. tres.
sambuci manip. duos.
Herb. Mentæ
Rutæ
Abrotani aa manip. un.
Baccar. lauri.
Semin. Anethi
Carvi
Fœniculi
cumini aa unc. sem.

Contusa & conquassata infundantur in
Olei chamomillæ libr. un.
Anethi
Rutæ aa unc. una.

Macerentur diebus quatuordecim, dein cum
Axungiæ porci libr. una.

Decoquantur ad humiditatis consumptionem, colaturæ expressæ adhuc calenti adde
Ceræ citrinæ unc. duas vel q. s.
sevi cervini
olei laurini aa unc. un.

Quibus insimul commixtis & refrigeratis addantur
Olei destillati carvi
Anethi
Menthæ
Cumini aa drach duas.

Misce l. a. pro unguento.

UNGUENTUM CLYSMATICUM.

℞. Herbar. quinque emollient. aa manip. quatuor.
Radic. Althææ
Lilior. Albor. aa unc. quatuor.
Flor. chamomillæ
Meliloti aa manip. tres.
Butyri recent. libr. quinque.

Pistentur simul, & sic stent per mensem, posteà coquantur & exprimantur.

UNGUENTUM COMITISSÆ.

℞. cort. medior. Glandium. castanearum.

Quer-

Quercûs juniorum.

Baccarum myrti
Equiſeti
Gallarum
corticum fabarum
Acinorum uvarum
calicum glandium
Sorbor. immaturor. ſiccor.
Meſpillor. acerbor. ſiccator.
Folior. capparis.
Pruni ſylveſtris.
Radic. Tormentillæ aa unc. ſem.

Contundantur aliquantulum & coquantur in aquæ ſimplicis q. ſ., donec media pars conſumpta fuerit, colatura ulteriùs coquatur cum

Olei myrtillorum libr. un. ſem.

Ad humiditatis aquoſæ conſumptionem, poſteà in ea diſſolvantur.

ceræ novæ unc. octo ſem.

Ab igne depoſitis addatur.

Olei maſtychini libr. un. ſem.

Atque inſpergatur ſequentium rerum tenuiſſimus pulvis.

℞. Cortic. medior. caſtanearum.
Glandium
Quercûs aa unc. unam.
Gallarum
Succi hypociſtidis
cinnerum oſſium cruris bubuli
Baccar. Myrti.
Acinorum uvarum
Sorborum immaturorum aa unc. ſem.
Trochiſcor. de carabe unc. duas.

Miſce, fiat unguentum.

UNGUENTUM DEOPILATIVUM.

℞. Flor. chamomillæ recentium unc. tres.
Cortic. Tamariſci
Herbæ Anethi
Apii
Fœniculi
Ebuli
Rutæ hortenſ.
Mentæ criſpæ
Radic. Bryoniæ aa unc. duas.

Recentia incidantur, miſceantur & infundantur in

Axungiæ porci libr. ſex.

Coquantur ad humiditatis aquoſæ conſumptionem, colentur & exprimantur, & in colatura diſſolvantur

Axungiæ anſerinæ libr. un.
ceræ citrinæ unc. octo.

Ut fiat unguentum.

UNGUENTUM DIGESTIVUM.

℞. Therebinthinæ claræ libr. duas.
Olei hyperici libr. ſem.
Vitellor. ovor. No. ſex.
Maſtichis
Myrrhæ rubræ
Olibani aa unc. un.

Miſceantur in unguentum.

UNGUENTUM FELICIS WURTZII PURPUREUM.

℞. Herbæ ſcrophulariæ
Chelidoniæ
Veronicæ
Polygoni aa unc. tres.

Inciſæ & contuſæ ſtent in aceti opti-

optimi ſufficienti quantitate infuſæ per aliquot dies, expreſſis dein, & colatis addantur.

Terræ vitrioli dulcis
Phlegmatis vitrioli aa libr. un.
Mellis deſpumati libr. tres.
Viridis ceris unc. ſeptem.

Coquantur ad juſtā conſiſtentiam ut fiat unguentum purpureum.

UNGUENTUM INFRIGIDANS GALENI.

℞. Olei Roſati libr. un.
Ceræ albæ unc. tres.

Ceram in oleo liquabis, & pauxillum aceti roſati adjicies.

UNGUENTUM DE LINARIA.

℞. Herbæ linariæ cum floribus.
Adipis porcinæ aa libr. un.

Contundantur, coquantur ad aquæ humiditatis conſumptionem, & exprimantur.

UNGUENTUM DE LIQUIRITIA.

℞. Radic. Liquiritiæ recentis & ſucculentæ libr. duas.

Conciſæ contundantur, & coquantur cum

Butyri recentis libr. duabus.

Colentur, & exprimantur, colaturæ addantur

Pompholigos unc. ſem.
Ceruſſæ lotæ libr. ſem.
Album. ovor. conquaſſat. unc. tres.
Camphoræ ſcrup. quatuor.

Omnia ritè permiſcendo, fiat unguentum.

UNGUENTUM DE LYTHARGIRIO.

℞. Olei roſar. libr. duas.
Ceræ albæ libr. ſem.

Solvantur invicem, quibus ſolutis ſub continua agitatione ſucceſſivè addatur aceti lythargirii ſaturatiſſimi quantum capere poteſt, donec liquidiuſculum unguentum efformetur.

UNGUENTUM MAJORANÆ.

℞. Herbæ Majoranæ recentis
Butyri non ſaliti aa libr. unā.

Contundantur, & coquantur ad humidi conſumptionem, exprimantur & addantur

Olei majoranæ deſtillati guttæ duodecim vel plures.

UNGUENTUM MARTIATUM

℞. Foliorum Lauri
Rutæ
Majoranæ
Roriſmarini aa libr. un.
Spicæ nardi
Myrti
Salviæ
Ebuli
Menthæ criſpæ
Baſiliconis aa libr. ſem.
Styracis calamitæ
Maſtichis
Thuris aa unc. tres.
Olei olivarum libr. ſex.
Ceræ citrinæ libr. duas.
Medullæ cervinæ libr. un.
Axungiæ urſi

Galli-

gallinæ aa libr. ſem.

Herbæ recentes in vini albi ſufficienti quantitate macerentur per aliquot dies, dein lento igne coquantur cum oleo ad humidi conſumptionem, colentur & exprimantur, tum cera, medulla, & axungia invicem liquata, tandem pulveres ſucceſſivè inſpergendo admiſceantur, ut unguentum fiat.

UNGVENTUM MENDICORUM.

℞. Radic. morsûs diaboli recent.
Baccar. juniperi viridium aa unc. quinque.
Summitat. urticæ urentis.
Oculorum populi
Betulæ
Quercûs aa recent. unc. duas ſem.
Conciſa & contuſa miſceantur & cum
Butyri non ſaliti libr. duab. ſē.

Coquantur ad juſtam conſiſtentiam piſtillô ſemper agitando.

UNGVENTUM DE MINIO.

℞. Olei Roſati libr. un. ſem.
Lythargirii unc. duas.
Minii unc. tres.
Ceruſſæ unc. un. ſem.
Tutiæ præparatæ
Camphoræ aa drach. tres.
Ceræ albæ unc. duas.

Liquatam ceram cum oleo lento igne miſce in mortario plumbeo, cum reliquis rebus tenuiſſimè tritis.

UNGVENTUM NERVINUM.

℞. Herb. Salviæ
Chamæpytios
Majoranæ
Rorismarini
Menthæ
Rutæ
Lavendulæ
Hyperici
Paralyſeos cum flore.
Flor. Chamomillæ
Meliloti
Sum̃it. Anethi
Radic. Pyrethri aa drach. duas.
Baccar. juniperi
Lauri aa unc. un.
Maſtiches unc. ſem.
Bezoe drach. ſex.
Therebinthinæ unc. quatuor.
Olei lumbricorum
Vulpini
Anethini
Hyperici aa unc. tres.
Therebinth. unc. un.
Axungiæ humanæ
Cati ſylveſtris
Canis aa unc. ſem.

Therebinthinæ cum oleis & axungiis liquatæ, reliqua in pulverem ſubtiliſſimum trita immiſceantur, & cum ceræ ſ. q. fiat ſ. a. unguentum.

UNGVENTVM NIHILI.

℞. Tutiæ præparatæ
Nihili albi aa unc. un.
Corallior. rubror. præpar.
Matris perlar. præp. aa unc. ſem
Camphoræ drach. un.
Pinguedinis porci mundatæ libr. un.

Fiat l. a. unguentum.

UNGUENTUM PECTORALE.

℞. Olei amygdalar. dulc. unc. quatuor.
Chamomillæ
Violarum aa unc. tres.
Butyri recentis unc. ſex.
Spermat. ceti unc. un. ſem.
Adipis gallinæ
anatis aa unc. duas.
Iræos drach. duas.
Croci drach. ſem.
Ceræ albæ unc. tres.
Ceram & adipes in oleis liquato, poſteà addito Iræos & Croci pulvere, fiat ſ. a. unguentum.

UNGUENTUM PEDICULORUM.

℞. Semin. ſtaphidisagriæ unc. duas.
Hellebori albi unc. un.
Salis drach. duas.
Argenti vivi unc. duas.
Axungiæ porcinæ libr. un.
Olei laurini unc. novem.
Saponis veneti libr. ſem.
Sapo in lixivio communi ſolutus, cum oleo coquatur, ad humiditatis aquoſæ conſumptionẽ, poſteà Mercurius cum axungia ſubactus, & reliquorum pulvis, commiſceantur.

UNGUENTUM POPULEONIS.

℞. Oculorum ſive gem̄arum populi arboris recentium libr. un. ſem.
Axungiæ porcinæ purgatæ libr. duas.
Oculi populi contundantur & macerentur in axungia, donec ſequentes herbæ per æſtatem colligi queant, ſcilicèt
℞. Cymarum rubi tenerrimarum
Folior. Papaver. albi
Mandragoræ
Hyoſciami
Herbæ Solani
Sempervivi minoris
Lactucæ
Sempervivi majoris
Bardanæ
Violariæ
Umbilici Veneris aa unc. tres.
Herbæ contundantur, & miſceantur oculis populi & axungiæ, dein coquantur lento igne ad humiditatis aqueæ conſumptionem, colentur & exprimantur.

UNGUENTUM RESUMPTIVUM.

℞. Seminis Lini
Althææ
Fœnugræci
Gummi arabici
Tragacanthi aa drach. duas.
Macerentur & bulliant in libra ſemis aquæ ſimplicis, eliciatur mucilago, quæ cum butyri recentis libra dimidia.
Adipis ſuilli
Gallinæ
Anſeris
Anatis aa unc. duab.
Coquatur ad humiditatis aquoſæ conſumptionem, poſteà addantur
Oeſipi unc. ſem.
Olei violarum
Chamomil.
Amygdalor. dulc. aa unc. duæ.

Medullæ vituli
Ceræ albæ aa libr. ſem,
Fiat ſ. a. unguentum.

UNGUENTUM RUBRUM POTABILE.

℞. Butyri recentis non ſaliti libr. un. ſem.
Radic. Rubiæ tinctorum
Tormentillæ
Spermatis ceti aa unc. ſem.

Coquantur ſimul in vino rubro ad conſumptionem vini, fiatque ſ. a. unguentum.

UNGUENTUM SANTALINUM.

℞. Boli armenæ drach. ſex.
Flor. papaver. rhead. recent. unc. un.
Roſar. recent. unc. duas.
Santali albi
Citrini aa drach. ſex.
Rubri drach. decem.

In pulverem redacta, & conquaſſata bulliant igne lento in olei roſati libra una ad conſumptionem humidi, colaturæ expreſſæ adde
Camphoræ drach. duas.
Ceræ albæ ſ. q.
Fiat ùt artis eſt unguentum.

UNGUENTUM AD SCABIEM.

℞. Axungiæ porcinæ libr. tres ſem.
Olei laurini libr. ſem.
Lythargirii unc. novem.
Florum ſulphuris ſimplic. unc. quinque.
Salis nitri unc. duas.
Olei deſtillat. benzoin. drach. un. ſem.

Lythargirio cum axungia ſoluto, reliqua admiſceantur, ultimò addendo oleum benzoin & ſic fiat unguentum.

UNGUENTUM SOMNIFERUM.

℞. Unguenti Alabaſtrini
Populeonis aa unc. duas.
Olei nuciſtæ expreſſi
Nymphææ albæ
Papaver. albi
Violarum aa drach. duas.
Opii in aqua Roſarum ſoluti drach. un.
Croci drach. ſem.
Ceræ albæ q. ſ.
Fiat unguentum mediocris conſiſtentiæ.

UNGUENTUM SPASMODICUM MYNSICHTI.

℞. Olei Limacum per deſcenſum deſtillati.
Lumbricor. terreſtrium.
Seſamini aa unc. un. ſem.
Pinguedinis arietis caſtrati
erinacei
vulpis aa unc. un.
Butyri majalis non ſaliti
Medullæ cervinæ aa unc. ſem.
Spiritûs juniper. unc. tres.

Miſce & coque ad ſpiritûs conſumptionem, poſteà adde
Olei deſtillati ſuccini albi drach. tres.
chamomillæ
Laurini aa drach. un. ſem.

Rorismarini
Salviæ aa drach. un.
Miſce & cum ſ. q. ceræ albæ fiat unguentum.

UNGUENTUM SPLENETICUM.

℞. Cortic. capparum
Tamariſci
Herbæ ceterach
Semin. cumini aa unc. un.
Gummi Ammoniaci
Bdellii aa aceto ſquillitico ſolutorum unc. un. ſem.
Olei Capparum
Chamomillæ
Anethi
Ceræ citrinæ aa unc. quatuor.
Miſceantur in unguentum.

UNGVENTUM STOMACHALE IMPERATORIS.

℞. Olei Maſtichis
Menthæ
Cydonior. aa unc. octo.
Nucis moſchatæ expreſſ. unc. duas.
Pulveris ligni Aloës
Calami aromatici
Caryophillorum
Macis aa unc. un.
Balſami indici nigri unc. ſem.
Olei caryophillorum ſcrup. duos.
Aniſi ſcrup. un.
Ceræ citrinæ unc. octo
Ex permixtis l. a. f. unguentum.

UNGUENTUM de TUTIA NICOLAI.

℞. Olei Roſati
Ceræ albæ aa unc. un. ſem.
Succi ſolani drach. duas.
Ceruſſ. lot. unc. ſem.
Plumbi uſti & loti.
Tutiæ præparat. aa drach. duas.
Thuris drach. un.
Ceram liqua cum oleo, lento igne, poſteà paulatim ſuccum ſupradictum inſtillato, & reliqua in pulverem redacta immiſceto.

UNGUENTUM VERBASCI VIEN.

℞. Florum Verbaſci recentium libr. un. ſem.
Butyri recentis non ſaliti libr. duas.
Inciſi flores cum butyro coquantur, colentur, & exprimātur, ùt l. a. fiat unguentum.

UNGUENTUM AD VERMES.

℞. Ceræ citrinæ unc. quatur.
Olei abſynthii cocti
Amygdalar. amarar.
Abrotani
Rutæ horten. aa unc. tres.
Liqueſcant invicem, tandem adde
Fellis tauri inſpiſſati unc. duas.
Pulveris Aloes Epaticæ
Corallinæ
Semin. Cynæ
Lupinor.
Colocynthidis
Herbæ Tanaceti aa drach. duas.
Miſce, fiat unguentum.

UN-

UNGUENTUM VIRIDE REGINÆ.

℞. Foliorum Lauri
Rorismarini
Salviæ
Majoranæ
Rutæ
Millefolii
Anagallidis aquaticæ
Nigellæ cum floribus & ſemin.
aa manip. duos.
Urticæ majoris
minoris
Hyſſopi
Prunellæ
Arthemiſiæ aa manip. un.
Agrimoniæ
Centinodii
Plantaginis minor.
Radic. cychorii
Bellidis
Conſolidæ mediæ
Saracenæ
Vincæ pervincæ
Lavendulæ
Abſynthii
Roſarum rubrar.
albar. aa manip. tres.

Herbæ & radices mundatæ incidantur, contundantúrque cum

Butyri recentis libr. ſex.

Poſteà additis cancris fluviatilibus No. quindecim vivis conquaſſatis in

Olei Olivarum libr. duabus.

Coquantur omnia lento igne, rudiculâ continuò agitando, colentur & exprimantur, addatúrque

Ceræ albæ libr. ſem.

Ac tandem

Olibani
Maſtiches aa ſubtiliſſimè pulveriſat. unc. quatuor.

Redigantur in Unguentum.

CLASSIS XVIII.

DE QUIBUSDAM CHYMICIS & PRÆPARATIS, QUÆ PRIORIBUS IN CLASSIBUS NON CONTINENTUR.

ÆRIS FLORES OFFICINALES.

℞. Viridis Æris quantum placet.

Solve in aceto deſtillato, committe digeſtioni, per emporeticā filtra; liquor filtratus, exhalatione prægreſſâ in cryſtallos cogatur, quæ ſi non ſatis puræ & pellucidæ prima vice prodeant, novæ ſolutioni & cryſtalliſationi, ùt antea committendæ ſunt.

ÆTHIOPS MINERALIS.

℞. Mercurii vivi optimè depurati.
Florum sulphuris aa part. æqual.

Terantur in mortario vitreo cum pistillo vitreo, donec plenariè Mercurius nigrescat.

NOTA. *Breviori via volunt alii per ignem aut sub aliquali calcinatione per combustionem seu sulphuris deflagrationem illud faciliùs, celeriùs, compendiosiùs & non inefficaciùs parari posse, dum nempe sulphur in leniorem fluxum sub igne moderato deducunt, ac sic mercurium sulphuri mixtum celeriùs & exactiùs remisceri asserunt, massam totam in catino terreo vel sartagine ferrea aliqualiter comburendo seu deflagrando, sub qua forte præparatione nonnihil mercurius avolat, unde pro hac methodo juxta communem præscriptionem meliùs accipiuntur ingredientium partes anaticæ.*

ALUMEN CRUDUM TINCTUM MYNSICHTI.

℞. Aluminis crudi unc. duas.
Magister. sanguin. draconis unc. sem.
Solve in aquæ cardui benedicti s. q.
Filtra & coagula ùt artis est, id est, per exhalationem ad siccitatem inspissa.

ALUMEN USTUM.

℞. Aluminis q. v. ponatur in novum fictile, & tam diu uratur, donec totum alumen spiritibus expulsis porosum, & quasi spumosum evaserit.

NOTA. I. *Quantitas non debet assumi unica vice nimia, nec vas nimium repleri, quia intumescere, & ultrà oras ollæ elevari solet alumen, sub calcinatione hac.*

NOTA. II. *Leni igne si fusio instituitur, ac cauto igne urgeatur, tunc spongiosius evadit & pellucidiùs.*

NOTA. III. *A spiritu exhalante acido cavere oportet præparatorem, quoniam, oculis præsertim nocivus est fumus. Qui autem spiritum hunc aluminis acidum seorsim desiderat, impositô alembicô ollæ eundem facilè colligere poterit.*

ALUMEN SACCHARINUM seu DULCE.

℞. Aluminis crudi libr. sem.
Solvatur tribus vicibus in aqua pluviali, filtretur, & lege artis coaguletur.

NOTA. *Viennenses hanc habent præparationem & authores alii cum aqua simplici solutionem peragunt, & cũ albumine ad debitam consistentiam coquunt, & in massulas pyramidales conis non absimiles efformant, vulgò dicitur* Zucker-Alaun.

ANTIHECTICUM POTERII.

℞. Reguli Antimon. Jovial. libr. un.
Nitri crudi libr. tres.

Detonentur, & post peractam lento igne calcinationem edulcoretur & siccetur.

NOTA.

NOTA. *Antibecticum apud nos in usu est, quod albissimum appellatur, & sub hoc nomine præscribi assolet. Potest quidem sat albidus pulvis ex compositione superiùs scripta obtineri, si fortiori & longiori calcinatione metalla commixta comburantur. Veriùs tamen loquendo: Antibecticum nostrum albissimum ità acquiritur: Lixivium, quod ab edulcoratione antibectici remanet, ope liquoris acidi præcipitandum est, & cadit ad fundum pulvis tenuissimus, & albissimus, qui aliàs sub nomine Magisterii venire consvevit, & hoc ipsum est, quod in officinis nostris sub nomine antibectici albissimi prostat.*

ANTIMONII BUTYRUM.

℞. Mercurii sublimati corrosivi
Antimonii purissimi aa libr. un.

Pulverisata subtilissimè in mortario lapideo exactè misceantur, cavendo fumum exhalantē, destillentur per retortam vitream colli capacis (tertiam ejus partem vacuam linquendo) ex arena igne mediocri, egreditur primò liquor, seu butyrum antimonii adinstar glaciei, qui si ob frigus externum in collo concreverit, cautè carbonem ignitum admove, ut liquescat, nè collum obturetur; sicque competenti ignis gradu in vas recipiens butyrum omne elicietur, electo omni liquore, adauge ignem suprà arenam, & sublimabitur cinnabaris antimonii. Liquor regressus rectificetur per retortam vitream.

ANTIMONII CINNABARIS.

De ea mox sub butyro antimonii dictum est.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM OFFICINALE.

℞. Antimonii Ungarici optimi libr. un.
Nitri purissimi & optimè siccati libr. tres.

Seorsim pulverisa, & mixta benè in crucibulum, vel ollam benè ignitam successivè injice, copiâ semper paucâ donec injecta portio deflagrata fuerit, ac sub ignitione bona nitrum omnem partem Antimonii benè penetraverit, perge cum injectione, donec tota materia sic detonata fuerit, dein relinque aliquo tempore sub hac calcinatione, quousque observetur massa satis albida, tunc eam in aquam tepidam projice, ac sic sufficienter dilutam, ab omni nitro probè edulcora, pulverem aquis innatantem, ab eo, qui mox ad fundum secedit, seorsim per subsidentiam collige, & priorem exsiccatum usui asserva, colore album, gustu insipidum, & pondere minus gravem.

NOTA. *Sub ejus præparatione cavendum, nè carbo incidat, vel nè spatulâ ligneâ diutiùs agitetur, cæteroquin, ubi ea in carbonem adusta fuerit, ex massa præcipitat regulum, prout ipsum antimonium diaphoreticum cum carbonum additione in regulum facili negotio reduci po-*

potest. Si spatulâ ferreâ circumagitur massa calcinatâ, eadem non debet in ea diu relinqui, aliàs sulphur Martis ex ea extrahitur, & Antimonium diaphoreticum non obtinebitur albi, sed flavi aut flavescentis coloris.

NOTA. II. *Cavendum pariter: nè flores antimonii, quæ sub calcinatione ad latera crucibuli elevantur, sub effusione antimonio diaphoretico immisceantur, aliàs vomitum excitabit. Clarissimus Schultzius monet etiam Nitrum adhibendum esse à sale communi probè purgatum, aliàs itidem vomitum ciet, antimonium diaphoreticum ex eo, quòd pars regulina non benè soluta, nec à nitro undique penetrata virtutem stimulantem nimiam retineat, ob hanc rationem etiam improbamus modum eum, quô massa illa pro antimonio diaphoretico parata, injecto carbone candente, simul & semel tota accenditur & detonatur; nam sub hac operatione nitrum non undique quasvis regulinas particulas penetrare, nec dissolvere satis valet. Idcircò superiùs commendavimus, ut detonatio fiat per injectiones successivas, nec priùs novus pulvis massæ injiciatur, donec prior benè deflagraverit, ac undique canduerit probè.*

NOTA III. *Sub ipsa edulcoratione partes illæ regulinæ nō satis solutæ tanquā ponderosiores etiā celeriùs ad fundum secedunt, unde etiā aqua illa lactescens, in qua antimonii diaphoretici portio tenerior & subtilior soluta est, sub agitatione totius celeriùs decantanda est ab eo crassiori, quod ad fundum secessit, quod est plerumque pars regulina, non satis soluta, aliæque portiones terreæ, crassiores abjiciendæ.*

NOTA IV. *Passim præscribi solet Antimonium diaphoret. ritè & recenter præpar. Qui recenter paratum volunt, existimant illud annositate ac tractu temporis virulentiam ac vim emeticam iterum contrahere, sed unde? quomodo? qualiter? si à priori semel benè, & genuinè paratum fuerat; conferatur etiam Clariss. Ludov. in Pharmac. sua, pag. 260. ubi pariter hanc vim emeticam per annositatem causari negat. Ritè præparari semper est necessè, & cautelas jam dedimus. si igne fortiori tractetur, ut fluat, vitri magis naturam induit, aut regulus ad fundum secedit, quapropter miramur à nonnullis juberi tantam calcinationem, ut massa instar aquæ fluat, quod nos improbamus.*

NOTA V. *Datur etiam Antimonium Martiale Diaphoreticum, ubi limatura ferri & antimonii crudi partes anaticæ accipiuntur, & calcinatio fit, ut suprà, nisi quòd paululum fortior & cautior labor institui debeat, vocatúrque aliàs specificum Cachecticum, seu martiatum Ludovici, de quo vide Eph. Nat. curios. Dec. I. An. VIII. observ. LXV. alii etiam pro specifico stomachico Poterii eundem pulverem habent, de quo alibi.*

NOTA VI. *Pulvis Antimonii simplicis aquâ benè elutriatus, & à sale liberatus, ab aliis vocatur Antimo-*

timonium diaphoreticum dulce, ubi illud, cui nitrum conjunctum manet, seu quod sinè lotione appellant stibium diaphoreticum nitratum nuncupatur.

NOTA VII. *Ex lixivio paratur per præcipitationem Magisterium Antimonii diaphoretici, ùt suprà diximus de antihectico albissimo. Sunt qui materiam perlatam Crugneri, hunc pulverem existimant. Alii antihecticum albissimum, suprà descriptum illam volunt, quidquid fuerit, utrinque magna est inter ambo affinitas. Variat tamen Magisterium hoc ex diversitate Lixivii antimoniati, Jovialis, Martiati &c. Plùs quoque acquiritur, si antimonium diaphoreticum solvatur in aqua calida, & aliquamdiu coquatur; longè minùs, si solutio fiat aquâ frigidâ.*

NOTA VIII. *Si lixivium hoc inspissetur ad cuticulam vel siccitatem obtinetur sal, quod appellant nitrum Antimoniatum, seu anodynum Minerale, de quo suô locô.*

ANTIMONII FLORES.

℞. Antimonii electi in subtilem pulverem triti q. v.

Pone in cucurbitam fictilem, quæ in arenam ponatur satis profundè, curcubitæ adapta alembicum cœcum vel rostratum cum excipulo, aut si mavis connectè ollas aliquot ad se invicem excipientes: ignem gradatim admove, nè sit nimium fortis nec debilis nimis. Si enim fortior sit, funditur Antimonium, nec sublimatur, sin verò debilior, non ascendunt Flores, si rectè ignem rexeris colliges triplices flores, albos, flavos & rubros.

ANTIMONII HEPAR.

℞. Antimonii electi
Nitri aa libr. unam.

Minutissimè separatim terantur, & misceantur, atque in crucibulo vel catino firmo detonentur.

ANTIMONII REGULUS.

℞. Antimonii electi libr. duas.
Tartari libr. un.
Nitri unc. sedecim.

Misceantur, & in crucibulo ignito detonentur, posteà igne suppressionis adhibito in fluorem deducantur, in conum fusorium calefactum & sevo illitum effundantur, conum, ut in fundum abeat regulus concutiendo, tandem scorias ab eo separando, & regulum aqua abluendo, ac novô additô nitrô in fluorem reducatur, & depuretur, ex scoriis verò aquâ solutis crocum metallorum, atque per præcipitationem crocum emeticum vulgò sulphuris aurati diaphoretici nomine notum separando.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM EX REGULO Seu

CERUSSA ANTIMONII.

Paratur eodem modo, ac Anti-

monium diaphoreticum, ſed ex regulo, cúmque albiſſimus obtineatur pulvis, ceruſſa dicitur.

ANTIMONII REGULUS JOVIALIS.

Sub Antihectico Poterii videatur fol. 244.

ANTIMONII REGULUS MARTIAL. VIENN.

℞. Claviculorum equorum Martialium libr. unam.

In crucibulo candefactis ſucceſſivè injiciantur

Antimonii ungarici libr. duæ

Optimè fuſis addatur

Nitri libr. ſem.

Igne ſat forti calcinentur, ut inſtar aquæ fluant, expoſt in conum fuſorium ſevo illitum effundātur, latera fuſorii malleolo percutiendo, ut regulus fundum petat; cùm refrigeratus fuerit, regulus ſeparandus à ſcoriis & pro uſu ſervandus.

Si autem magis ſtellatus hic regulus expetatur, tribus vicibus modica novi nitri additione cum regulo pulveriſato prior proceſſus repetatur.

ANTIMONII REGULUS MEDICINALIS.

℞. Antimonii pulcherrimi unc. quinque.

Salis communis unc. quatuor.

Tartari probè calcinati unc. unam.

Trita in pulverem tenuem exactè miſce, ac crucibulo paulatim & ſucceſſivè inſperſum igne ſufficienti adminiſtrato liqua, ſed nota, nè antequam, quod primum injeceris, optimè fluat, aliud denuò inſpergas, aliâs tempus & operam perdes. Ubi omne fuerit ingeſtum, igne auctiori fluat per horæ quadrantem inſtar aquæ, poſteà igne exemptum crucibulum quieſcat, & refrigeretur, ſic ſcoriæ cum ſalibus in ſuperficie, regulus in fundo, picei coloris, ſplendens, fractô crucibulô reperietur, quem à fragmentis & ſcoriis ſeparatum & ſubtiliſſimè tritum, ſub forma pulveris punicei vulgò bruni coloris vaſe optimè clauſo ſerva.

ANTIMONII SULPHUR AURATUM.

Fit ex ſcoriis à Regulo Antimonii vel croci metallorum, proùt ibidem loci mentio facta eſt, aut antimonii diaphoretici pulveriſatis & in aqua communi ſolutis, quibus filtratis affunditur acetum deſtillatum, ubi pulvis ruber ad fundum præcipitatur, qui reiteratis ablutionibus dulcoratus & ſiccatus ſulphur Antimonii auratum audit. Scoriæ enim nîl aliud ſunt, quàm ſalia alcalia ſulphure Antimonii, quod abſorpſerant, imprægnata, unde ad hujus ſeparationem ſolutioni illarum contrarium ſcilicèt acetum inſtillatur.

NOTA. *Multiplices à variis dantur modi parandi hoc & alia ſulphura regulina, de quibus Angelus Sala, Glauberus, Rothius & Hoffmannus conſuli poſſunt, quæ tamen ex vi ſua draſtica non adeò multum à qualitatibus croci Metallorum recedunt.*

AQUA FORTIS.

℞. Vitrioli calcinati libr. duas.

Nitri

Nitri optimi probè exſiccati.

Tere ſimul & miſce exactè, deſtilla l. a. ex retorta, igne aperto per gradus.

ARCANUM CORALLINUM.

℞. Mercurii vivi optimè purgati unc. un.

Spiritûs Nitri rectificati unc. quatuor.

M. digere ac ſolve Mercurium in hoc ſpiritu Nitri, dein eum rursùs per retortam igne ſat intenſo, avoca, ídque repete ter ignem augendo fortiùs, ſic reducuntur in præcipitatum rubicundiſſimum. Poſtremò ſpiritus vini rectificatiſſimus ſuper hoc Mercurio in pollinem trito deflagret aliquoties.

Nota I. *Quomodo Mercurius pro hoc, aliisque laboribus purgari debeat, innuemus de Mercurio acturi.*

Nota II. *Mercurius hic dicitur reduci in præcipitatum rubicundiſſimum. Evidens eſt: Nullibi eſſe præcipitationem veram, ſed ſpuriam, id eſt potiùs evaporationem ſpiritûs Nitri & ſoluti Mercurii calcinationem. Igne quidem ùt dicitur, ſatis intenſo, ſed tamen non fortiſſimo, aliàs Mercurius in aerem avolaret, nam licèt Chemicorum multi exiſtimaverint Mercurium geminato ſic opere poſſe figi, ac aurum demum naſci, prout Sylvius in poſthumis habet, nemo tamen voti ſui compos factus legitur, nec prudentiores promiſſis fidem adhibent, licèt de Mercurio præcipitato albo, ùt infrà audiemus, cum luna calcinata auri micam obſervari confirmet Clariſſimus D. Pott in M. S. ſuper chem. Bœrrhav. p. m. 211. ad proceſſ. iv. parte 3. de mineral. De ordinario per additionem ſalis alcalini, calcis vivæ, limaturæ ferri ac inſtituta deſtillatione per retortam reobtinetur, priſtinum pondus, & forma Mercurii vivi.*

Nota III. *Color Mercurii hujus ſatìs rubicundus eſt, coccineus plerumque ſuprà tamen hanc maſſam inter collum, & in collo retortæ, perſtat undique Mercurius diverſi coloris, qui diverſâ acrimoniâ differt, ſolus rubicundus in uſum trahens; Color ejus etiam modificari poteſt, ſi denuò calcinetur in tigillo ad lubitum, vel ſuper lamina ferrea per arundinem aurifabrorum vel fiſtulam tabacariam.*

Nota IV. *Mercurius hic rubicundus ob colorem appellatur arcanum corallinum, ſed ſicut Mercurius mille colorum Protheus eſt, ità etiam hic dici poteſt. O formoſe puer, nimium nè crede colori: Remedium eſt Mercuriale, quod acidum acre nondum ſatis intimè conjunctum habet, & quò illud magìs Mercurio ab extra adhæret, eò violentius & inſecurius agere aſſolet. Quapropter etiam pauciſſimi Authores Mercurium hunc præcipitatum rubrum uſibus Medicis internis adhibere conſueverunt, quem tantum Chyrurgis ad externas ulcerationes & carnis luxuriantis exeſionem ſimilésque uſus ſepticos permittunt. Deflagratio igitur cum*

 ſpiri-

spiritu vini hujus acrimoniæ & virulentiæ correctorium existimatur, ùt habet Paracelsus, Helmontius aliique, ast vix satis abunde. Nam licèt ope spiritûs vini acidum nitri simili forte modo mitigari dicant, ùt in spiritu nitri dulci experimur, vix tamen hæc mitigatio sufficiens est, ac inde cum Boerrhavio judicamus usum hujus Mercurii non satis esse tutum; Novimus verissimè in Anglia Mercurium hunc cum oleo Tartari per deliquium, ac dein per spiritûs vini deflagrationem correctum, meliora præstitisse; Conferatur Casparus Neumann in lection. M. S. cap. de Mercurio p. m. 206. ubi hoc medicamentum idem nuncupari dicit Princes Poudre, prout etiam hìc Pragæ pillulæ admodum famosæ sunt dictæ Wrschowicianæ, quæ constãt ex mercurio rubro præcipitato, per aquam calcis vivæ edulcorato, ac dein ad libitum per ignem in tigillo, vel ope tabacariæ fistulæ super lamina ad colorem lateritium calcinatus, licèt alius eum, qui auroræ adinstar tinctus est, præferendum velint fautores Arcani hujus. Plura vide infra ubi de mercurio.

ARCANUM DUPLICATUM MYNSICHTI.

℞. Caput mortuum à destillatione aquæ fortis, ex vitriolo & nitro paratæ, residuum optimè calcinatum extrahatur cum aqua calida sal, liquor decantetur, ac probè filtretur, dein per debitam exhalationem inspissetur, & inspissatum de novo calcinetur, & hic labor solutionis & inspissationis aliquoties repeti potest, demum solutio debitè inspissata reponatur ad locum frigidum, ut in crystallos abeat, L. A. exsiccandas.

NOTA I. *Medicamentum hoc salinum meliori jure dicitur Nitrum vitriolatum, seu sal duplicatum, olim sub nomine Pannaceæ Holsaticæ sæpiùs caro admodum pretio divenditum fuisse testantur Authores. Multis postquam ejus præparatio innotuit, visum fuit de virulentia suspectum, præsertim, dum experientia nonnunquam etiam dedit tam tormina, quàm hypercatharses ab hoc sale patientibus fuisse excitatas; inde etiam hodiedum adhuc à multis cum metu & timore circà illegitimam præparationem præscribitur, præsertim etiam ex eo, quia Zwelfferus in Mãtissa Spagyr. part. 2. c. 11. p. m. 407. multas difficultates contra remedii hujus præparationem & effectus movet, sed ùt indicat Clariss. Buchnerus & Junckenius præter necessitatem, licèt enim Zwelfferus aliiq; existimẽt aliquid spirituum corrosivorum, in capite hoc mortuo remanere, qui deinde noxam corporibus humanis inferant. Peritiores tamen in rebus chemicis hodiedum hujus corrosivi correctionem agnoscunt, dum acidum vitriolicum in terra alcalina nitri verè invertitur, ac planè alteratur; nam sicuti certum videtur: hoc medicamentum nîl aliud esse, quàm sal medium ex acido vitrioli & nitri terra alcalica sub destillatione aquæ fortis productum, ab ipso vitriolo magìs acida aut acris vel si pertime-*

scan-

ſcantur particulæ metallicæ ferreæ, vel cupreæ reſtitantes in dicto capite mortuo ſequentibus modis earum correctio obtinetur certiſſimè.

NOTA II. *Si ergo in ſale arcani duplicati adhuc inhæreant particulæ metallicæ ferri aut cupri, quæ poſteriores facilè excitant vomitū, cardialgias, tormina, aliásque irritationes periculoſas, tunc primò non tantùm caput mortuum Aquæ fortis primum probè adhuc calcinandum eſt, verum etiam inſpiſſationis maſſa ulteriùs ſemper adhuc pari calcinatione exurenda, & ſub quavis ſolutione, filtratione, ac inſpiſſatione ad hocce ſedulò attendendum eſt, ut ramenta metallica plenariè abinde ſegregentur, & abjiciantur, dein etiam diſquirendum: an acidum vitrioli per alcali ſufficienter ſit ſaturatum? hócque ipſum exploratur partim guſtu, partim viſu, ſi enim vel ſapor acidus vel color virideſcens in ſolutione obſervetur, alcali deeſſe videtur, hujus verò certitudo melior adhuc haberi poteſt, ſi ſolutioni inſtilletur oleum Tartari per deliquium vel aliud alcali (nos præferimus nitrum fixum alcaliſatum vel ejus liquorem) ſi tunc efferveſcentia exoritur, ulteriori ſaturatione per hoc opus eſt, & tali modo non tantùm acidum vitrioli, quod ſuperabundaverat, corrigitur, & mutatur in ſal neutrum; verùm etiam partes metallicæ ſub tali ſaturatione ad fundum præcipitantur, ac ſic omnis metus malæ præparationis & mali effectûs meritò abeſt, hoc tamen etiam obſervandum, ut in fine cryſtalli prognatæ aquâ affusâ ritè abluantur.*

NOTA III. *Arcanum duplicatum præparandi brevior & extemporanea poteſt eſſe methodus. Si accipiatur liquor nitri fixi, vel potiùs ſimplex nitri alcaliſati ſolutio, eidémque inſtilletur vel oleum vitrioli, vel purior vitrioli ſolutio, quouſque non ampliùs adinvicem efferveſcant, ubi omnis pars metallica ad fundum ſeceſſerit, & efferveſcentia nulla ampliùs obſervetur, tunc liquore probè filtrato ac inſpiſſato, per repetitos tales labores obtinetur ſal non tantùm verè analogum, ſed veriſſimè idem, ùt ex capite mortuo aquæ fortis. Intereà cavendum pariter, ut ſolutio vitrioli non contineat multas partes metallicas, aut ſi oleum vitrioli aſſumptum fuerit, nè illud cupri ramenta poſſideat, ubi dein, ſi reliqua depuratio non ritè inſtituatur, ſal utique accipiatur emeticum, & variis modis lædens ac nocens: Præter hæc etiam, & hoc monendum eſt. Arcanum hoc aliaque talia ſalia enixa non eſſe paranda per inſpiſſationem ad ſiccitatem, ſed eoúſque ſolutiones evaporandæ ſunt, ut ſalia per cryſtalliſationem ex ipſo liquore obtineantur, quod pariter de tartaro vitriolato parando dictum volumus, ſub cryſtalliſatione enim purior pars in ſal abire ſolet, ubi ſub inſpiſſatione maſſa etiam heterogenea in unum magma denſatur.*

ARCANUM DUPLICATUM MARTIALE VIENNENSE.

℞. Limaturæ Martis quant. plac.

Humectetur ſpiritus vitrioli & olei,

olei vitrioli ſufficienti quantitate, dein aquæ tepidæ proportionata quantitas affundatur, digerantur loco calido, dein filtrentur, liquor filtratus ultrà medietatem, vel ad cuticulam exhalet, ſic in frigido repoſita maſſa, concreſcent cryſtalli viridiuſculæ, quæ exſiccentur. Reliquus verò liquor pro vitriolo exin colligendo ulteriùs debitè exhalet, remanentia Martis poteſt adhiberi per calcinationem pro croco Martis aperitivo.

ARCANUM TARTARI
Seu
TERRA FOLIATA TARTARI.

℞. Salis Tartari libr. unam.
Aceti vini quantum ſufficit.

Solvendo & ſaturando ſal Tartari, affunde acetum ſali per vices, donec nullam ampliùs adverteris efferveſcentiam, dein liquorem affuſum abdeſtilla, prodibit phlegma inſipidum, reſiduo ſali rurſùs reaffunde novum acetum, & iterum abſtrahe liquidum, prodibit cum tempore acidulum, & tamdiu labor hic affuſionis & deſtillationis repetendus eſt, donec ſale alcalico per acidum aceti probè ſaturato, acetũ demum redierit, ejuſdem qualitatis, utì affuſum fuerat remanente in fundo materia nigricante, quam l. a. cum ſpiritu vini ſolves, & filtrabis, abſtrahendo demũ ſpiritum vini, ac in terram ſeu ſalem plùs minùs album reducere poteris, vel etiam in liquorem aquæum aut ſpiritu vini diſolvendum.

LIQUOR ſeu TERRA FOLIATA TARTARI, item ARCANUM ſeu MAGISTERIUM TARTARI PURGANS vel SAL ESSENTIALE TARTARI.

℞. Salis Tartari albiſſimi libr. ſem.
Aceti deſtillati libr. ſex.

Miſceantur leniſſimo igne, deinde abſtrahatur acetum per deſtillationem, vel evaporet in vaſe ferreo, poſteà iterum materiæ novum acetum affundatur, rurſus evaporet, hócque tam diu continuandum, donec acetum, ùt affuſum, id eſt, æquè acidum exhalet, nullus ampliùs affuſô acetô, audiatur ſibilus, & materia in fundo ſit nigricans, tunc ſignum eſt tartarum eſſe animatum, & ceſſandum eſt ab iterata affuſione, & evaporatione. Materia nigra in ſpiritu vini ſolvatur, & per chartam bibulam filtrata leniſſimo calore in vaſis terreis aut vitreis exſiccetur, aut etiam in cucurbita ſpiritus vini abſtrahatur, exſiccata materia iterum ſpiritu vini ſolvenda, & exſiccanda toties, donec materia alba compareat, & foliorum longè à ſe invicem diſſitorum facie concreſcat, facilè hoc ſal in aëre liqueſcit, hinc etiam plerúmque in liquoris forma aſſervatur.

AURI ſeu SOLIS CROCUS ſecundùm DISPENS. BRANDENB.

℞. Auri per antimonium debitè depurati partem unam.

Mer-

Mercurii à ſordibus ritè acetô & ſale aut ſpiritu vini purgati partes ſex.

Fac lege artis amalgama, cui probè commiſce duplum ſulphuris triti, & ſub tegula fulminatoria (unter der Muffel) rudiculâ ferreâ continuè movendo ad abſumptionem uſque ſulphuris & Mercurii omnimodam, igne ſufficienti calcina, ſic in pulverem abibit ruffum, à ſordibus ſi quæ acceſſerint, abluendum, ſiccandũ & ſubtiliſſimè ſuper marmore terendum.

AURUM BALSAMICUM VIENN.

℞. Auri fulminantis drach. duas.
Olei Cinnamomi optimi unc. unam.

Stent in digeſtione leniſſimo igne per triduum in phiola vitrea ad ſolutionem, & ſervetur.

AURUM DIAPHORETICUM VIENN.

℞. Foliorum auri drach. tres.
Reguli antimonii puri unc. tres.

Pulveriſentur & miſceantur in crucibulo ſuper impoſito altero crucibulo & oblutato, dein calcinentur cum
Salis decrepitati unc. tribus ſem.

In igne circulatorio tribus vicibus repetendo, & ſemper edulcorando, & exſiccando, novo ſale decrepitato addito ultimatim, ſpiritus vini rectificatiſſimus deſuper deflagret, ignis circulatorius non nimis fortis in calcinatione ſucceſſivè creſcat ſex horis, nè abeat in regulum.

AURUM FULMINANS.

℞. Auri per Antimonium fuſi ac debitè repurgati, laminati, & minutim inciſi, ſeu limati ſubtiliter unc. ſem. ſeu q. p.

Solve in ſ. q. aquæ Regiæ l. a. hoc eſt: ſub igne lampadis ſolutionem in cucurbita parvula ſolutionem promove, vel in arena liquorem digere. Solutione facta, ſi quid adhuc reſtat non ſolutum, iteratò aquam Regiam reaffunde, aut ſi aurum impurum fuerit aſſumptum, ſcito: remanentiam ipſam eſſe ex liga: ùt appellant cupri vel argenti, quæ ſeparanda & abjicienda eſt. Dein ſolutionibus affunde in vitro capaci Oleum Tartari per deliquium, ſeu ſal Tartari in aqua pluviæ ſolutum, ſenſim & guttatim, donec pulvis aliquis ad fundum cadat, qui calamô ſubinde movendus eſt, & deſuper rursùs inſtilletur oleum, vel ſolutio ſalis Tartari, quouſque aurum ſub forma pulveris coloris lutei, præcipitatum in fundo ſubſideat, & aqua ſolvens clara deſuper ac limpida perſiſtat, hoc factô: experiri poterit, an debita præcipitatio peracta ſit, affuſis aliquot adhuc guttis olei, ſeu ſolutionis Tartari, dein liquorem ſupernatantem clarum & album decanta, & aurum præcipitatum aquâ modicum calefactâ ſæpiùs affuſâ edulcora, donec nulla ampliùs acrimonia vel ſalſedo percipitur;

Pulvis remanens in umbra ſua ſpontè exſiccetur, cavendo ſolis aut ignis notabiliorem calorem, imò etiam ſub trituratione non tantùm leniſſimè teratur, in mortario vitreo vel ſuper porphyrite: verùm etiam minor ejus quantitas una vice aſſumatur in terendo, nè in cauto ſub labore fulminationem concipiat, nocivam, ac detrimentum inferat.

BEZOARTICUM JOVIALE VIENN.

℞. Reguli Antimonii Jovialis libr. duas.

Pulveriſentur ſubtiliſſimè ex poſt addantur

Mercurii ſublimati libr. duæ.

Miſceantur & deſtillentur inſtar butyri antimonii; butyrum deſtillatum inſtilletur in aquam pluviam limpidiſſimam in vaſe amplo vitreo, ſic ad fundum cadet pulvis candidiſſimus, qui affusâ ſæpiùs aquâ pluviâ ad tollendam omnem acrimoniam edulcoretur, dein

℞. Hujus pulveris vel Mercurii vitæ Jovialis libr. ſem.

Nitri ſiccati libr. un. ſem.

Miſceantur in crucibulo per vices injiciendo & procedatur, utì in antimonio diaphoretico.

BEZOARTICUM MARTIALE Vide

CERUSSA ANTIMONII. 247.

BEZOARTICUM MINERALE VIENN.

℞. Mercurii vitæ libr. ſem.

Nitri depurati libr. un. ſem.

Calcinentur & edulcorentur, ad normam Antimonii diaphoretici

Nota. *Aliter ad mentem Wedelii ex Mercurii vitæ unciis ſex, & nitri depurati libra ſemis paratur calcinando, & edulcorando admodum Antimonii diaphoretici.*

BUTYRUM ANTIMONII.

Vide Antimonii butyrum ſub initium claſſis 245.

CERUSSA ANTIMONII.

Vide Antimonii Ceruſſa. Fol.247.

CINNABARIS ANTIMONII.

Vide ſub butyro Antimonii. Fol. 245.

CINNABARIS FACTITIA VIENN.

℞. Sulphuris unc. un.

Liquefiat in magno fictili, dein paulatim admiſceantur

Mercurii vivi unc. tres.

Agitetur maſſa & fuſio continuetur, donec nullus ampliùs Mercurius obſervetur, mixtura hæc pulveriſetur, & ſublimetur in ollis igne aperto gradatim aucto, & fiet maſſa dura ac rubicundiſſima, qui color ſi deficiat, ſublimatio reiteretur.

CINNABARIS NATIVA PER DECOCTIONEM ſeu CREMOR CINNAB. VIENN.

℞. Cinnabaris nativæ ſubtiliſſimè levigatæ quant. placet.

Co-

Coquatur in vase terreo cum aquæ fontanæ sufficienti quantitate, supernatans spuma semper amoveatur, & exsiccetur, ac pro usu servetur.

CINNABARIS NATIVA PER SUBLIMATIONEM VIENN.

℞. Cinnabaris Nativæ vel mineræ Cinnabaris, quantum placet.

Indatur Phiolæ, vel ad excipiendum Mercurium vivum retortæ sublimetur, adhærentésque impuritates amoveantur.

CROCUS AURI VEL SOLIS.

Vide Auri crocus. Fol. 252.

CROCUS MARTIS ADSTRINGENS.

℞. Limaturæ Martis q. v.

Hanc igne fortissimo eousque reverbera, donec in crocum elevetur levissimum, & rubicundissimum.

Nota I. *Sunt qui ob accelerandam reverberationem salis communis decrep. partes æquales superaddunt, ac mixta reverberant per diem. Hinc martem edulcoratum subtilissimè lævigant, denuóque reverberant (dies octo vel decem) donec elevetur Crocus subtilissimus, quem quotidie auferunt, atque aquâ plantaginis præparant.*

Nota II. *Alii citioris reverberationis gratiâ limaturam initio aliquoties urinâ puerorum vel aquâ salsâ cum aceto conspergunt; iterum exsiccant, ac postmodum reverberationi subjiciunt; Et sic reverberatione unius & alterius diei Mars in florem surgit rubicundissimum, qui quotidie (nè vi ignis pereat, vel nigrescat) colligatur.*

Nota III. *Si quæ pars nondum satis reverberata sit, elaboratiorémque separare velis, affunde aquam, agita atque antequam penitùs subsideat, aquam leviore scilicet & magis elaboratô crocô turbidam in aliud vas effunde, parte graviore, quæ subsidet, in priori vase relicta: abstractâ & decantatâ dein aquâ habes crocum leviorem, crudioribus suis ac gravioribus portionibus spoliatum.*

CROCUS MARTIS APERITIVUS DISPENSAT. BRANDENB.

℞. Limaturæ Martis partem unam.
Sulphuris communis pulverisati partes duas.

Misce exactè in patina terrea plani fundi non vitreata, impone igni convenienti, quo fundus patinæ incandescat, move rudiculâ aut spatulâ ferreâ diligenter, donec sulphur omne deflagraverit, atque limatura in pulverem rubei coloris abierit, qui croci martis nomine venit.

Vel quod latius.

℞. Vitrioli Martis cum oleo vitrioli parati quantùm vis. Calcina igne priùs leni, posteà auctiori, sepiùs movendo super pa-

tina terrea non vitreata plani fundi, donec in pulverem rubicundum fatiſcat.

CROCUS MARTIS APERITIVUS D. STAHLII.

℞. ScoriasReguli Martialis primas, craſsè contuſas, aut aëri loco umbroſo expoſitas, in pulverem nigrum fatiſcentes, cui aquæ communis quantitatem ſufficientem affunde, quam baccillo agitando turba, ac poſt morulæ momentum, ubi craſſior ad fundum ſeceſſerit pars, aquam in aliud vas transfunde, quæ, dum ſubtilis cum illa effuſus pulvis ſubſederit, paululum moræ quieſcat, tum craſſiori pulveri reaffundatur, denuóque agitando turbetur, rursùs ſubſedente craſſiori, tenuior priori aquæ jungatur, ſic turbando ac decantando continuetur, donec aqua turbata, ſubſidente paululùm craſſiore pulvere non ampliùs turbetur, nec quidquam in illa adhuc fluctuare percipiatur. Pulvis ſic elotus filtro ab aqua ſeparatus, exſiccatus, & cum triplo nitri puriſſimi deflagrando colliquatus ac edulcoratus pro croco Martis aperitivo ſervetur.

Craſſior in fundo reſiduus, ſiccatus, & cum triplo nitri detonatus ac edulcoratus pro croco adſtringente ſerviet.

NOTA. *Plura tam circà præparationem, quàm legitimum egregii hujus aliorúmque Martialium remediorum uſum pro more ſuo ſolidiſſimè commendatus eſt Illuſtr. Stablius in obſervat. chym. Phyſico-Medicis curioſis Menſ. Januar. Annô 1698. ubi ſimul cap. III. ratione denominationis monet, quod Croci Martis titulum eidem propterea impertiverit, quia utique maximam partem Martialis eſt proſapiæ, vix minimo regulinæ ſubſtantiæ intertexto: aperitivum autem effectum ipſi tribuat, præprimis in comparatione ad alterum ſub ejus præparatione reſiduum crocum purè & enormiter adſtringentem, nec non quod conferat hunc crocum cum Zwelfferiano, præcipuè identitate ſubſtantiæ, præferat autem tam huic largiore proventu, quàm Ludoviciano croco, veriore ſecretione effectuum diverſorum. Sunt autem effectus ejus varii, dum partim impuritates acidas primarum viarum corrigit, & in ſubdulcem vitriolaceam ſubſtantiam tranſit, quæ fæces alvinas nigro colore tum tingit, partim ſolidas partes blanda adſtrictione roborat, hácque ratione ſtagnantium humorum promotionem ſecundat, partim tubulos nimium diſtentos blandè conſtringit, hócque modô hæmorrhagias & excretiones alvinas excedentes ſiſtit, partim denique inſimul ob admixtas antimoniales particulas motum humorum nimis lanquidum, ac tranſpirationem blandè promovet.*

CROCUS MARTIS APERITIVUS CUM SALIBUS DISPENS. BRANDENB.

℞. Limaturæ Martis ſubtiliſſimæ libr. ſem.

Irrora in vaſe terreo vitreato Aqua Abſinthii

Go-

Cochleariæ
Fœniculi
Fraxini aa q. ſ.
In qua ſolutæ ſint
Salis Cardui benedicti
Centaurii minor.
Fraxini
Meliſſæ aa drach. duæ.

Et itentidem exſicca, rursúſque irrora, donec in crocum abeat, quem ſubtiliſſimè tritum ſerva.

CROCUS MARTIS ANTIMONIATUS STAHLII.

Cùm circà præparationem hujus croci Martis antimoniati res ſit nimium fuſa, videantur hac de re Neumanni prælectiones Chymicæ Tom. 2. pag. 1579.

CROCUS METALLORUM.

℞. Antimonii & Nitri aa q. v.

In pulverem redacta miſce exactè, & in crucibulo ignito detona ſucceſſivè ac in maſſam redigetur puniceam, Hepatis nomine Chymicis notam; Hanc pulveriſatam aquâ calidâ pluries affuſa edulcora, & per chartam emporeticam ab aqua ſeparatum pulverem in crucibulo denuò aliquantisper calcinatum pro croco metallorum ſerva.

Aqua inde per filtrum ſeparata, exhalando nitrum præbet antimoniatum, ſeu ùt alii vocant, Anodynum Minerale.

CROCUS VENERIS DISPENS. BRAND.

Communiter paratur æris ſquamas igne reverberii calcinando, terendo, lavando & ſiccando.

* Alii caput mortuum ſpiritûs viridis æris à deſtillatione relictum aqua pluvia deſtillata, aut fluviali coquendo edulcoratum, ſiccatum, ac in pulverem ſubtiliſſimum terendo redactum pro croco veneris uſurpant.

CROCUS VENERIS è VITRIOLO.

℞. Vitriolum Veneris quocunque modô paratum, aquæ pluviæ quantitate ſolutum, ac oleo Tartari per deliquium paratô, aut liquore ſalis Tartari aqua pluvia deſtillata ſoluti & filtrati, guttatim inſtillatô, præcipitatur in pulverem croceum, quem filtro exceptum, & aquâ deſtillatâ calidâ ſæpiùs affusâ edulcoratum, ſicca & in patella terrea parùm reverbera, donec in rubedinem color ejus tranſeat.

CORNU CERVI PHILOSOPHICUM DISP. VIENNEN.

℞. Cornu Cervi in majora fruſta diſſecti quantum placet.

Suſpendatur in collo veſicæ, aut cucurbitæ, appoſitô alembicô, ut ità vapore aquæ aſcendente paulatim emolliantur, dein medulla & exterior cortex nigricans cultrô ſeparetur, cornu verò albicans exſiccetur & pulveriſetur.

DIAPHORETICUM MARTIALE LUDOVICI VIENNENS.

℞. Claviculorum equor. Martial. libr. ſem.

Cal-

Candefiant in crucibulo & addatur

Antimonii crudi libr. fem.

Calcinentur femper agitando, donec fumus ceffet, tum effundatur maffa fuper patenam, refrigeretur, & pulverifatæ huic maffæ triplum nitri addatur.

Subtiliffimè pulverifentur, mifceantur & detonentur, ac paulifper & leni igne calcinentur, facta expoft edulcoratione pulvis luteus exficcetur, & ufui fervetur.

FOECULA ACETOSELLÆ.

Videatur inter Salia hujus Claffis.

FOECULA RADICIS ARONIS.

℞. Radic. Aronis fucculentæ mundatæ & ab externa pellicula liberatæ q. p. contundatur optimè cum bona quantitate aquæ fontanæ in mortario lapideo, exprimatur per faccum lineum fub prælo fortiffimo, fuccus expreffus in vafe vitreato ad refidentiā pulveris albiffimi reponatur, dein ftatim aqua per inclinationem decantetur, & pulvis fubfidens edulcoretur parum & exficcetur.

Tali modo parantur.

Fœcula Radic. Bryoniæ
Radic. Iræos noftrat.
Radic. Pœoniæ

FLORES ANTIMONII.

Vide Fol. 247.

FLORES BENZOES.

℞. Benzoe tritum, & ollæ rotundæ impone, cujus orificium duplici charta emporetica, convolutum in modum pyramidis vel manicæ hyppocratis claude, poftea igne ad fublimationem idoneô fuppofitô, flores niveos fæpiùs collige. In promptu verò fint aliquot pyramides ex charta emporetica, quo remoto uno alter citò adaptari, & ex illo flores ferici albi inftar fplendentes amoveri & colligi queunt.

NOTA. *Si quis oleum & flores Benzoes defideret, deftillari poffunt per retortam cum vel finè arena.*

FLORES NITRI MYNSICHTI.

Solve nitrum præparatum in aqua rofarum: poftea inde ollæ novæ non vitreatæ, & pone in loco frigido per aliquot dies, donec flores nitri pertranfeant, & parietibus ollæ externis adhæreant, qui deinde pede leporino diligenter abftergantur, & ad ufum finè ulteriore præparatione afferventur.

FLORES SALIS AMMONIACI.

Vel fimplices, vel compofiti.

Si fimplices defiderantur, fal ammoniacum in fufficienti quantitate aquæ calidæ folvatur, & filtretur, poftea in locum frigidum reponatur, & flores in aqua fubfidentes exficcentur, liquor verò remanens pro ulteriori flo-

ri florum collectione per exhalationem concentretur.

FLORES SALIS AMMONIACI

Hæmatiſati aut Martiales.

Parantur, ſi Limaturæ Martis per aquæ communis aſperſionem in rubiginem vel crocum verſæ, vel lapidis hæmatitidis ſubtiliſſimè pulveriſati ſali am̄oniaco miſcueris, & per cucurbitam alembico ſuo munitam, appoſito recipiente ex arena vel nudo igne ſublimaveris, aſcendunt flores rubicundi crocei, martiales vel hæmatiſati jucundo ſpectaculo orificio cucurbitæ ſeſe apponentes. In recipulum verò tranſit ſpiritus inſignis urinoſus volatilis concentratus ex ſalis ammoniaci libra una ferè unciæ tres.

FLORES SULPHURIS COMPOSITI.

℞. Flor. Sulphuris unc. duas.
Aloes Hepaticæ
Myrrhæ electæ aa unc. un.
Croci ſcrup. un.

Terantur in pollinem ſubtiliſſimum & ſerventur ad uſum.

FLORES SULPHURIS SIMPLICES.

℞. Sulphuris communis in fruſta confracti unc. duas.

Injice in cucurbitam terream vitreatam & impoſito alembico vitreo ex arena ſublima, igne non nimium intenſo, nè ſulphur fluat, quod ità in flores ſublimabitur, qui repetitis ſæpè alternis alembicorum vicibus ſunt colligendi, & denuò ſulphuris ſubinde aliquid cucurbitæ immittendum, quouſque ſufficiens florū quantitas collecta fuerit.

FLORES VIRIDIS ÆRIS.

Vide fol. 243.

FLORES ZINCI.

Zincus vel per ſe, vel cum ſale Ammoniaco vel cum nitro in olla vitreata optimè verò per ſe ſublimetur, dein ab acredine mediante edulcoratione liberentur, & exſiccentur flores.

Vid. Etmüller pag. 896.

LAC SULPHURIS.

℞. Flor. Sulphuris unc. unam.
Salis Tartari unc. tres.

Miſceantur, & cum aquæ communis libris tribus bulliant, uſquedum ſulphur ſolutum ſit, poſteà filtrentur calidè per chartam emporeticam, & ſuperfuſa aceti deſtillati quantitate ſufficienti præcipitabitur pulvis lacteus ſulphuris, qui poſtquam ſubſederit, liquore ſupernatante depleto cum aqua fontana debitè edulcoretur, & exſiccetur.

Nota. *Locò aceti ob conciliandam debitam albedinem pro præcipitatione aſſumere oportet lixivium antihectici Poterii, vel urinam, hoc verò ſi nauſeet æger, ſemper lixivium aſſumendum innuit Excellentiſſimus D. D. Kirchmajr Nobilis de Reichwitz.*

LAC VIRGINUM AUGUSTANORUM.

℞. Aluminis crudi unc. quatuor.
Decoquatur ad tertias in aquæ fontanæ libris duabus, posteà
℞. Lythargirii libr. sem.
Aceti libr. un. sem.

Decoquantur ad remanentiam libræ unius, colentur & commisceantur ambæ aquæ, ut albescant.

LAPIS MEDICAMENTOSUS VIENN.

℞. Vitrioli Roman. libr. un.
Aluminis libr. sem.
Vitrioli albi.
Tartari albi aa unc. quatuor.
Boli communis
Lapidis Calaminaris aa unc. duas.
Cerussæ
Æruginis
Salis armoniaci aa unc. unam.

Subtilissimè pulverisata cum aceti optimi sufficienti quantitate ebulliant, & coquantur ad lapidis duritiem.

LAPIS PRUNELLÆ.

℞. Nitri purissimi libr. unam.

Liquefiat in crucibulo liquefacto reiteratis vicibus florum sulphuris purissimorum drachmam unam aut alteram injice, exoritur ipsô momentô flamma ingens coloris fulminei, quæ consumpto sulphure injecto penitùs spontè statim extinquitur. Quod ità ter, quatérve repete, hoc facto effundatur massa liquefacta, circà fundum sartaginis mundæ in tabellas vel rotulas, servetur in vitro usui.

MAGISTERIUM ANTIHECTICI POTERII.

Vide sub Antihectico Poterii. Fol. 244.

MAGISTERIUM ANTIMONII DIAPHORETICI.

Vide sub processu antimonii Diaphoretici. Fol. 245.

MAGISTERIUM COCCINELLÆ DISPENS. VIENN.

℞. Coccinellæ unc. unam.
Modicum contusa coquatur in
Aquæ fontanæ libris sex.
Coctioni instilletur
Olei Tartari unc. un. sem.

Reiteretur hæc coctio, & instillatio sæpiùs, dein colaturæ filtrentur, & cum aquæ aluminis sufficienti quantitate præcipitetur, edulcoretur, & exsiccetur, fiátque taliter Magisterium ùt artis est.

MAGISTERIUM CORALLIORUM.

℞. Coralliorum quantitatem sufficientem : superinfusô acetô destillatô in calore fiat eorum solutio, toties acetum affundendo, quousque ebullitionem concitaverit. Liquori filtrato instilletur oleum Tartari, ut pulvis præcipitetur, qui aqua fontana probè edulcoratus siccetur.

Hac Methodo parantur.

Magisteria Lapidum
Margaritar.
Matris Perlar.
Ocu-

Oculorum Cancr.
Offium Sepiæ.
Et aliorum.

MAGISTERIUM CORDIALE VIENNEN.

℞. Magifterii Margaritar.
Granati
Hyacinthi
Saphyri aa drach. duas.
Corallior. unc. fem.
Offis de corde cervi drach. un.

Mifceantur probè pulverifata pro cordiali Magifterio.

MAGISTERIUM CORNU CERVI.

℞. Rafuræ Cornu Cervi ex apicibus quantum placet.

Spiritûs menftrualis fufficiens quantitas dein affundatur, ftent per aliquot dies in digeftione, tum colentur, & colaturæ inftilletur aqua aluminis vel fpiritus vitrioli, vel oleum tartari, ut pulvis præcipitetur, qui edulcoretur & exficcerur.

Ad hanc normam fiunt.

Magifterium Cornu Alcis
Granii humani
Dentium apri
Eboris rafpati
Mandibuli lucii
Rhinocerotis
Ungulæ alcis
Unicornu.

MAGISTERIUM EPILEPTICUM VIENNENSE.

℞. Magifteri Ungulæ alcis
Cranii humani violenta morte extincti.
Cornu alcis
Cornu Cervi aa unc. fem.
Smaragdi Orientalis veri unc. un.
Unicornu veri drach. duas.
Succini drach. un.

Mifceantur exactè pulverifata pro ufu.

MAGISTERIUM GUMMI GUTTÆ.

℞. Pulveris Gummi Guttæ, vel Gamandræ, quantum placet, irroretur fpiritu vitrioli ad pultis formam. Dein affundatur aqua tepida, & ftatim refina ejus in fundo præcipitabitur, aqua hæc decantetur & refina exficcetur.

MAGISTERIUM SIVE RESINA JALAPPÆ.

℞. Radicis Jalappæ quantum placet, crafiufculè contufæ affundatur fpiritus vini optimè rectificatus, ad quatuor digitorum eminentiam, ftent locô calidô infufa per aliquot dies, dein colentur forti expreffione, & affundatur novus fpiritus vini, & hæc infufio ac extractio toties repetatur, donec fpiritus nullam ampliùs tincturam affumat, tandem à commixtis & filtratis abftrahatur fpiritus vini, ad tertiæ partis remanentiam, dein affundatur aqua fontana, & præcipitetur, Jalappæ fubftantia in fundo cucurbitæ hærens aquâ clarâ fæpiùs lave-

lavetur, & inſpiſſetur ad ſiccitatem.

Ad hanc normam parantur.

Magiſterium ſive Reſina Agarici
Ligni Aloes
Ligni Sancti
Mechoacannæ
Scamonei quod etiam pulvis ſyrius dicitur.
Turpethi

MAGISTERIUM LAPIDIS CARNEOLI.

℞. Lapidis Carneoli q. p.

Calcinetur fortiter cum dupla nitri portione, ſubtiliſſimè pulveriſatus, irroretur ſpiritûs nitri ſufficienti quantitate: Stet per aliquot horas, poſtmodum affundatur aceti vini deſtillati quantū ſufficit; fiat per tempus digeſtio in arena ad diſſolutionem, reiteretur affuſio ſpiritûs nitri & aceti deſtillati ad totalem ſolutionem, filtretur, & præcipitetur cum aqua aluminis vel oleo Tartari, edulcoretur, & exſiccetur.

Hac methodo parantur.

Magiſterium Granati
Hyacinthi
Rubini
Saphyri
Smaragdi

MAGISTERIUM MARCASITÆ.

℞. Marcaſitæ pulveriſatæ q. p.

Solvatur in ſpiritûs nitri vel aquæ fortis ſufficienti quantitate præcipitetur dein cum oleo Tartari, edulcoretur, exſiccetur & uſui ſervetur.

MAGISTERIUM MARTIS LANGELOTI.

℞. Limatura Martis igne fortiſſimo reverberetur, donec elevetur in crocum leviſſimum & rubicundiſſimum. Irroretur cum ſpiritu aceti atque ſiccetur. Repetendo id quater. Dein tantùm affundatur ſpiritus aceti q. ſ. ad extractionem. Digeratur uſquedum colore rubicundo tingatur, ſæpiùs verò agitetur, extractio lento calore redigatur ad mellaginem, quæ ſoluta aqua pluviali deſtillata & filtrata præcipitatur cum ſpiritu vitrioli. Sic habebis Magiſteriū albiſſimum, quod probè edulcorandum.

MAGISTERIUM SEU RESINA SUCCINI.

℞. Succini pulveriſati q. p.

Affundatur ſpiritus vini rectificatiſſimus, ut ſolvatur, dein abſtrahatur ſpiritus & præcipitetur cum aqua fontana, remanebitque in fundo Magiſterium.

MAGISTERIUM SEU LAC SULPHURIS.

℞. Calcis vivæ partes duas.
Sulphuris pulveriſati partem unam.

Coquantur in cacabo ferreo ſat capaci cum maxima quantitate aquæ, donec tres partes abſumptæ fuerint, ruborémque à ſulphure diſſoluto acceperint inſtar

ſtar ſanguinis, coletur calidè per manicam, refrigeretur, dein præcipitetur urina calente, vel acetô deſtillatô, & decantatô lixiviô lac decies vel duodecies aquâ calidâ edulcoretur.

MAGNES ARSENICALIS.

℞. Antimonii Hungarici
Arſenici Cryſtallini
Sulphuris communis aa unc. tres.

Pulveriſentur optimè & miſceantur, immittantur vitro, quod arenæ imponatur calenti, ut liquefiant inſtar ceræ, tum refrigeratis omnibus frangatur vitrum, & maſſa eximatur, & ſervetur.

MAGNESIA NITRI.

Magneſia nitri, ſeu Magneſia alba nihil aliud eſt, quàm terra calcaria nitri, quæ præparatur ex Lixivio à cryſtalliſatione nitri reſiduo per continuatam coctionē & evaporationem ad ſpiſſitudinem, quæ debitè ſiccata, tam diu calcinatur, donec nulli ampliùs vapores rubicundi exhalent, quô factô maſſam hanc probè calcinatam ſucceſſivè cochleatim in aquam tepidam injice, & præcipitabitur pulvis, qui edulcoratus ac in pollinem tritus in vitro benè clauſo aſſervandus eſt.

Nota. *Multis nominibus inſignitur, quibusdam panacæa ſolutiva, aliis panacæa antihypochondriaca audit. Quæ ſi debitè parata & omnis heterogenitatis expers eſt, in ſpiritu nitri dulcis exigua portione in totum ſolvitur, ſecùs, ſi quæ particula non ſolvatur, aut adulterata aut non debitè depurata eſſe cenſetur.*

MERCURIUS COSMETICUS LEMERI.

In vitrea cucurbita eâ tamen igni non admotâ, Mercurii ex cinnabari redivivi uncias ſedecim ſolve cum ſpiritûs nitri unciis viginti duabus, vel viginti quatuor. Solutione peracta affunde huic aquam ſalſam filtratam, paratam ex ſalis marini unciis decem, in pinetis duabus aquæ liquefactis, his adde ſpiritûs volatilis ſalis ammoniaci unciam ſemis vel circiter, fiet præcipitatum albiſſimum, quod ſufficienter reſidere permittes: hinc aqua per inclinationem effuſa id multoties aquâ fontanâ elues, & in umbra ſiccabis.

MERCURIUS DULCIS P. A. R.

℞. Mercurii ſublimati unc. ſex.

Mercurii vivi per corium trajecti ſale & acetô loti, & ſic benè purgati uncias quatuor, vel quãtum Mercurius ſublimatus per trituram recipere poteſt, ut in pulverem cinericeum ſimul abeant, qui in cucurbita igne arenæ per gradus adhibito ſublimetur, & pulvere rubro in fundo ut & albo vitri collo adhærente rejecto, ſolum coagulum cryſtallinum pulveriſetur, atque cum aqua calida ad inhærentes fortè particulas corroſivas tollendas elo-

elotum exſiccetur. Si verò haud cryſtallinus aſcendit, repete ſublimationem nullô aliô Mercuriô additô.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS ALBUS.

℞. Mercurii unc. quatuor.

Diſſolve in aquæ fortis ſufficienti quantitate, poſteà aquâ ſalsâ in album pulverem præcipita, qui ab omni ſalſedine & acrimonia debitè cum aqua communi tepida eluatur & exſiccetur.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER DISP. BRANDENB.

℞. Mercurii vivi debitè purgati

Quantum lubet, affunde (quãtum ſolvendo par eſt) aquæ fortis acerrimæ è nitri & vitrioli ad ruborem calcinati aa partibus duabus, & una parte aluminis rupei deſtillatæ (ſi communem præcipitatum deſideres, ſin corollatum nobiliorem ac tutiorem locò aquæ illius fortis ſpiritum nitri ſolius optimè rectificatum accipe) & ſolve. A ſoluto è retorta in balneo ſicco igne gradatim aucto, tandémque vehementiſſimo, omnem aquam fortem aut ſpiritum avoca, refrigeratæ, ac è retorta exemptæ & tritæ materiæ recentem aquam fortem, aut ſpiritum nitri affunde, & rurſùs evoca, ídque tertia vice repete, tandem ignem augendo, ut retorta omnis candeat. Tum ceſſa, pulverem rubicundum fractâ retortâ exime, ac pro præcipitato rubro eleganti (ſed ſpiritu vini aliquoties priùs edulcorando) ſerva.

MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS.

℞. Mercurii vivi purificati
Vitrioli calcinati
Salis decrepitati aa libr. un.

Subigantur cum modico aquæ fortis vel aceti, exſiccata terantur & miſceantur piſtillô ligneô tam diu in mortario lapideo, donec Mercurius non ampliùs conſpiciatur, & cum prædictis ſpeciebus in pulverem convertatur, trita dein materia in cucurbita cum alembico ſublimetur, dando in arena ignem ad gradus auctum ad octo vel decem horas.

MERCURIUS VIRIDIS ſeu LACERTA VIRIDIS.

℞. Mercurii vivi purificati unc. quatuor.

Solvantur in aqua forti & in alia aqua forti ſolvatur.

Veneris unc. ſem.

Conjungantur ſolutiones & abſtrahantur in arena, augendo in fine ignem, ut ſpirituum maxima pars tollatur, quod ſe præcipitat, exſiccetur, & digeratur cum aceto deſtillato in Balneo Mariæ per viginti quatuor horas, ultimò ebulliant, ùt puriſſima mercurii pars in aceto diſtillato ſolvatur, hinc decantetur, abstrahatur, atque ſinè edulcoratione ſiccetur.

Nota. *Signum boni Mercurii viridis eſt, ſi Aurum fortiter*

ter cum eodem fricatum non dealbetur.

MERCURIUS VITÆ.

℞. Olei ſeu butyri Antimonii rectificati quantum placet.

Affundatur aqua fontana, & ſtatim præcipitabitur pulvis albus, qui ad omnis acrimoniæ deperditionem edulcoretur & exſiccetur.

NITRUM ANTIMONIATUM.

℞. Aqua ab edulcoratione antimonii Diaphoretici
vel ſpecifici ſtomachici
vel antihectici Poterii
vel ceruſſæ Antimonii

Relicta ſuppeditabit l. a. exhalando Nitrum Antimoniatum.

NITRUM ALKALISATUM ſeu FIXUM.

℞. Nitri depurati qu. lubet.

In Crucibulo benè ignito ad fluorem perducatur, & ſucceſſivè pulvis carbonum inſpergatur, uſquedum flammam ampliùs nõ concipiant, tunc in mortarium calefactum effundatur, in vaſe optimè clauſo, nè ab aere liqueſcat, ſollicitè aſſervandum, quodſi in cella per deliqvium ſolvatur ac filtretur, vocatur liqvor Nitri fixi.

NITRUM DEPVRATUM.

Nitrum reiteratis ſolutionibus, filtrationibus, evaporationibus, & coagulationibus ad cuticulam, donec in loco frigido in cryſtallos ſatis puras & nitidas concreſcat, depuratiſſimum redditur, quamvis id nonnulli cum Lapide prunellæ ejuſdem indolis & virtutis eſſe exiſtiment.

NITRUM PAPAVERINUM.

℞. Nitri Crudi quantum placet ſolvatur in ſufficienti quantitate infuſionis papaveris, dein inſpiſſetur ad cryſtalliſandum.

NITRUM PERLATUM.

℞. Nitri optimè depurati partes tres.
Magiſterii perlar. part. unam.

Solvatur in ſ. q. aquæ roſarum fragrantis, ſoluta exhalentur, ad cuticulum loco frigido in cryſtallos coagulando.

NITRUM PRÆPARATUM.

Vide ſub Nomine Lapidis Prunellæ. Fol. 260.

PANACÆA THOMSONIANA.

℞. Mercurii vivi purgati unc. quatuor.
Florum Sulphuris unc. duas.
Salis ammoniaci unc. un. ſem.

Miſceantur exactè, donec nihil ampliùs Mercurii appareat, dein ſublimentur, fiántque ad minimùm decem cohobationes, ſublimatum ſemper cum fœcibus rursùs terendo, ultimatim augeatur ignis, ut candeſcat, fœces nigræ abjiciantur, & ſublimatum ſervetur.

PANACÆA SOLARIS.

Vide ſub nomine Pillularum, Wildegans fol. 194.

PANACÆA TARTARI LIQUIDA.

Vide Claſſim de Tinctur. fol. 256.

REGULUS ANTIMONII JOVIALIS.

Vide Antimonii Regulus Jovialis ſub Antihectico Poterii fol. 244.

REGVLVS ANTIMONII MARTIALIS.

Vide Antimonii Regulus Martialis fol. 248.

REGVLVS ANTIMONII MEDICINALIS.

Vide Antimonii Regulus Medicinalis fol. 248.

SACCHARVM LACTIS.

Paratur ex Sero Lactis optimè cum albumine ovi clarificato & filtrato, inſpiſſando illud uſque ad cuticulam, tum reponatur in cellam, ut cryſtalliſetur, tandem modicò aquæ frigidæ abluatur, ut flavedo ſecedat, & exſiccetur.

SACCHARVM SATURNI.

℞. Minii aut Lythargirii q. v.

Perfundatur acetô deſtillatô ad eminentiam quatuor digitorum, digeatur viginti quatuor horis in loco temperatè calido, ſæpiùs ſpatulâ ligneâ agitando, donec acetum ſaturatè flaveſcat, (cavendo ſemper ab exhalatione pulmonibus noxia) ſaturatum acetum decantetur, & novum acetum ùt priùs affundatur, ídque toties reiterandum, donec non ampliùs coloretur, extractiones omnes conjunge, & abſtrahe acetum ad mellaginem, cui demum affunde aquam pluviæ deſtillatam, ad hanc mellaginem reſolvendam, quam aliquando digere, donec fœces ad fundum ſecedant, clarum decanta, & denuò aquam pluviæ deſtillatam reſiduo affunde, ídque toties, donec omnis dulcedo fuerit ſoluta, & extracta, fœcibus ſolummodo in fundo reſiduis. Extractiones has omnes per chartam emporeticam colatas evapora, & obtinebis ſal in cella humida in liquorem reſolubile: quod denuò aceto deſtillato ſolvendum, ac tres pluréſve dies in cineribus calidis digerendum, ſæpiùs de die movendo, tum demum filtrandum ac evaporatione ad cuticulam facta, in loco frigido cryſtalliſandũ. Quod ut citiùs ac feliciùs ſuccedat, affuſo cryſtallis ſpiritu vini rectificatiſſimo ut modicùm digerantur, ſpiritúmque ad medietatem abſtrahendo in nitidiores abeunt cryſtallos.

NOTA. *In præparatione Sacchari Saturni ab omni ebullitione tam in extrahendo aquam quàm evaporando cavendum, ſed leni evaporatione parandum.*

SALIA ESSENTIALIA.

SAL ACETOSELLÆ.

℞. Succi acetoſellæ expreſſi & de-

& depurati magnã quantitatem, coquatur ad tertiæ partis remanentiam in vaſe terreo vitreato, & in locum frigidum reponatur, ut cryſtalli concreſcant, his exemptis liquor reliquus ulteriùs inſpiſſetur, & denuo ad cryſtalliſandum reponatur, collectum ſal ab impuritatibus modica aquæ quantitate abluatur & ſiccetur.

SALIA FIXA.

SAL ABSYNTHII.

℞. Abſynthii ſicci cum toto quantum lubet, comburatur in cineres, & cum aqua fontana calida ſal extrahatur, aliquamdiu digerendo & coquendo, dein per inclinationem & filtrationem aqua ſeparetur, id, novam aquam affundendo, tam diu repetatur, donec aqua lixivioſum ſaporem ampliùs non ſpiret, tandem exhalando inſpiſſetur. Ad hoc, ut commodiùs conſervari poſſit, modico ſulphuris fortiſſimè calcinetur, dein aquâ ſolutum, filtratum, atque donec pellicula concreſcere incipiat, evaporationi commiſſum, reponatur, ut in cryſtallos concreſcat, quæ exſiccentur, & reliquus liquor evaporet, & rurſus reponatur ad ulteriorem cryſtalliſationem.

Hoc modo parantur.

Sal Arthemiſiæ
Capparorum è corticibus.
Cardui benedicti
Centaurii minor.
Chamædryos
Chamæmeli
Cychorii
Cochleariæ
Ebuli
Evphraſiæ
Fabarum
Fœniculi
Fraxini
Fumariæ
Geniſtæ
Hyperici
Juniperi
Lavendulæ
Meliſſæ
Menthæ
Ononidis
Petroſelini
Rorismarini
Rutæ
Sabinæ
Salviæ
Sambuci
Saxifragiæ
Scordii
Tamariſci
Valerianæ
Urticæ

SAL CINNAMOMI.

Ex reliquiis deſtillationum, aut extractionum, ùt Sal Abſynthii paratur.

SALIA SOLUBILIA.

SAL CORALLIORUM.

℞. Coralliorum rubrorum pulveriſatorum quantum placet.
Affundatur aceti deſtillati proportionata quantitas ad Salis extractionem, filtretur, dein acetum evaporet; in fine evaporationis addatur modica aquæ portio ad odoris acidi exhalationem,

 dein

dein inſpiſſetur ad ſiccitatem, & remanebit Sal coralliorum.

Hac methodo parantur.

Sal Margaritarum occidental.
oriental.
Matris Perlarum
Oculorum Cancri

SAL JOVIS ANGLICI.

Paratur ex cineribus Jovis ùt ſaccharum Saturni. Begvinus verò id in ſuo Tyroc. chym. ſequenti modo parare docet.

Diſſolve ſtannum Anglicanum in aqua forti facta ex Alumine & Nitro. Quieſcat ità diſſolutio & videbis calcem ſtanni albam inſtar nivis ad fundum vaſis præcipitatum iri, quam ſublimare oportet, ſicuti cùm flores albi Antimonii parantur, & invenies pulverem albiſſimum inſtar pollinis in capitello ſublimatorii, qui in aceto vini ter deſtillato diſſolvendus, & integrum biduum digerendus, vas ſæpè agitando, dein eô, quod diſſolutum eſt per inclinationem effuſô, aliud acetum vini reaffundendum ſuper id, quod adhuc diſſolvendum reſtat, & omnia menſtrua uſque ad ſiccitatem per B. M. exſtillanda, bonúſque ſpiritus vini ſuper id, quod in fundo vaſis remanebit fundendus, digerendus, decantandus, & alius ſpiritus ſubſtituendus, donec totum reſolvatur. Tunc oportet duas tertias ſpiritus per balneum exſtillari, & reliquum in frigidum collocari, ut cryſtalli formentur, qui ſeparati in liquorem reſolvuntur, ſi in locum humidum ſuper marmor ponantur.

SAL LACTIS.

Vide Saccharum Lactis fol. 266.

SAL ESSENTIALE TARTARI.

Vide Liquorem ſeu Terram foliatam Tartari. Fol. 151.

SALIA VOLATILIA.

SAL VOLATILE ANGLICUM.

℞. Salis Tartari extemporanei
Aromatici aa libr. un.
Spiritûs vini rectificatiſſimi
unc. decem.

Miſce, & deſtilla in cucurbita alembico & recipiente munita, ſic recipiente ſpiritus ſublimabitur, & ſal volatile. Quod ſi odoratum deſideretur deſtillando ejuſdem odoris cujus petieris oleum attamen genuinum aliquot guttas adde. Aliqui autem jam ſal exſiccatum oleo miſcent.

SAL CORNU CERVI VOLATILE.

Vide ſub ſpiritibus, ubi ſal volatile ſimul paratur, 213.

SAL CRANII HUMANI.

Vide ſub ſpiritibus.

SAL FULIGINIS.

Vide ſub ſpiritibus. 213.

SAL LUMBRICORUM.

Proſtat ſub ſpiritu lumbricorum, & ad hanc normam fiunt
Sal Millepedum volatile
Ungulæ alcis volatile.

SAL VOLATILE OLEOSUM NOBILE.

℞. Cinnamomi acuti unc. quatuor.
Caryophillorum
Macis
Cardamomi
Cubebarum aa drach. duas.
Corticum Citri libr. ſem.
Benzoes
Storacis
Ligni Rhodii aa drach. ſex.
Radic. Cyperi
Iræos floren. aa unc. ſem.
Spiritûs vini libr. quinque.

Digerantur octo diebus & tandem deſtillentur ad medietatem ſpiritûs, deſtillato adde.
Spiritûs nitri dulcis unc. duas.

Et denuò fœcibus ſuperaffunde
Raſuræ ligni ſaſſafras
Sem. Coriandri aa drach. ſex.
Digerantur inſimul duabus diebus dein lento igne deſtillentur ad tertiæ partis abſtractionē, ſpiritui prolecto adde
Olei Cinnamomi guttas duas.
Caryophyllorum
Cortic. Aurantiorum aa gutt. quatuor.
Spiritûs Salis Ammoniaci tertiam partem.
Digerantur inſimul viginti quatuor horis.

SAL VOLATILE OLEOSUM SYLVII.

℞. Cinnamomi acuti unc. duas.
Caryophillorum
Nucis Moſchatæ
Cortic. Aurantiorum recent. aa unc. unam.
Inciſa & contuſa digerantur per noctem in
Spiritûs vini libr. quatuor.
Dein per alembicum lege artis inſtituatur deſtillatio, quod deſtillatum ſpiritus aromaticus nuncupatur.

℞. Hujus ſpiritûs Aromatici libr. duas.
Olei Caryophilorum drach. duas.
Macis drach. un.
Cinnamomi drach. ſem.
Salis Tartari unc. ſem.
Spiritûs ſalis ammoniaci libr. ſem.
Incorporentur & liquor ſervetur uſui.

SAL PRUNELLÆ.

Vide ſub Lapide Prunellæ fol. 260.

SAL SANGUINIS HUMANI.

Vide ſub ſpiritu ſanguinis humani. 216.

SAL SUCCINI.

Vide ſub oleis, ubi & ſal volatile paratur. 182.

SAL TARTARI VOLATILE.

Fœces vini poſt factam ex eis ſpiri-

ſpiritûs abſtractionem ſuper aſſeres effundantur, & in loco umbroſo ſenſim exſiccentur tum in retorta arenæ impoſita igne gradatim adhibito deſtillentur. Sal volatile prolectum cum aquæ particula ſolutum, & per filtrum priùs aquâ madefactum ab oleo ſeparatum additis cineribus ſublimando ex phiola depuretur.

SAL VIPERARUM VOLATILE.

Eadem Encheireſi, qua ſal cornu cervi aut cranii humani, ex viperis exenteratis & ſiccatis paratur, de quibus inter ſpiritus videatur.

SAL URINÆ VOLATILE.

℞. Urinæ hominis juvenis ſani quantum placet.

Evaporetur in olla ferrea vel terrea ad conſiſtentiam ſyrupi craſſioris, & dum ſufficientem talis modi urinæ inſpiſſatæ habueris quantitatem, immitte eam retortæ, vel cucurbitæ terreæ vitreatæ ferreæ vel vitreæ, ac appoſito alembico cum receptaculo, deſtilla ex arena primò leni poſt fortiori igne, ſic ſublimabitur ſal volatile urinæ in magna copia, cùm verò oleô fœtidô ſit inquinatum, hinc filtra, cum cineribus cribratis miſce, & denuò ſublima, obtinebíſque ſal volatile urinæ, ſali cornu cervi vix abſimile.

SAL POLYCHRESTUM D. D. SMITH.

℞. Arcani duplicati
Tartari vitriolati aa unc. octo.
Nitri antimoniati unc. quatuor.
Salis abſynthii unc. tres.
Cinnabaris Antimonii
Nativæ aa unc. unam.
M. fiat pulvis ſubtiliſſimus.

SAL TARTARI EXTEMPORANEUM.

℞. Tartari crudi & nitri aa partes æquales, ſubtiliſſimè pulveriſata, & mixta in crucibulo detonentur, habebitúrque ſal Tartari albiſſimum, abſque prævia ſolutione in uſum trahendum.

SAL TARTARI FIXUM.

Vide Antimonii ſulphur. f. 248.

TARTARUS CHALYBEATUS.

℞. Cremor. Tartari unc. quatuor.
Vitrioli Martis drach. duas.

Coquātur in aqua ad diſſolutionem, dein filtrentur, & inſpiſſentur per evaporationem in cryſtallos.

TARTARI CREMOR seu CRYSTALLI.

℞. Tartari albi calidâ aquâ aliquoties ab impuritatibus liberati, & in pulverem tenuem contuſi quantùm placet, coquatur in aquæ fontanæ ſufficienti quantitate in vaſe figulino ad diſſolutionem, fervens hoc decoctum per manicā Hyppocratis in aliud vas firmū trajiciatur, facta refrigeratione cryſtalli apparebunt, in ſuper-

perficie verò liquoris ſub nomine Cremoris nota ſeſe monſtrabit, quæ cum cryſtallis frigidâ aquâ abluantur, exſiccentur, & ſuper porphyrite in pulverem albiſſimum conterantur.

TARTARUS EMETICUS.

℞. Croci Metallorum
Cryſtallorum Tartari aa unc. un.

Cum aquæ fontanæ libr. una per biduum digerantur, ac poſteà facta in arena ebullitione filtrentur, liquor filtratus ad evaporandum reponatur, & Tartarus concreſcens exſiccetur.

TARTARUS NITRATUS MYNSICHTI.

℞. Salis Tartari
Nitri præparati aa q. p.

Solvantur in aqua roſarum calida; poſteà filtrentur, & ſuper ignem incoquendo mediocriter, donec quaſi cruſtam acquirat, reliquum in frigido concreſcat, ſic habebis cryſtallos, quos ad uſum repone.

TARTARUS SOLUBILIS.

℞. Tartari crudi pulveriſati libr. unam.
Salis Tartari libr. ſem.

Miſce, & in aquæ fontanæ ſ. q. ſolve, ſolutionem calefac in ſartagine, cavendo: nè liquor, qui in ſpumam abit, extra ſartaginem emergat; Tandem filtratus liquor evaporetur.

TARTARUS VITRIOLATUS.

℞. Olei Tartari per deliquium ſoluti, & purificati unc. quatuor.

Huic ſpiritûs vitrioli tantùm inſtilletur, uſque dum non ampliùs ſimul efferveſcant, poſteà humiditate lento calore evocata, exſiccentur in cryſtallos.

TARTARI TERRA ſeu COMMUNI MODO PARATA.

Vide arcanum Tartari fol. 252.

TARTARI TERRA FOLIATA.

Speciali modo parata.

Vide Liquor ſeu Magiſterium Tartari fol. 252.

TURPETHUM MINERALE.

℞. Mercurii purificati unc. quatuor.
Spiritûs ſulphuris rectificati unc. octo.

Miſce & digere per biduum in arena; Dein per retortam deſtilla cum tribus cohobiis, ultimò igne vehementi, ut retorta candeat. Maſſam albam relictam exime, & aquâ fontanâ calidâ ſæpiùs ablue, donec præcipitatum videas verſum in pulverem flaviſſimum & inſipidum, qui exſiccetur.

VITRIOLUM MARTIS.

Limaturæ Martis ſufficienti quantitati ſuperfundatur oleum vitrioli cum tripla quantitate aquæ dilutũ, ut aliquot digitos ſu-

peremineat, digerantur in loco calido, usquedum effervescere desinant; liquor filtratus ultrà dimidium vel quousque pelliculam in summitate contrahat, exhalet, sic in frigido concrescent crystalli viridiusculi, qui exsiccentur, remanens verò liquor ulteriùs pro Vitriolo exin colligendo debitè exhalet.

VITRIOLI CAPUT MORTUUM.

Seu Colcothar.

Est residuum à vitriolo destillationi commisso, extremam torturam ignis passum, quod adhuc salini quid in se fovet, unde chyrurgis scopo septico servit.

VITRUM ANTIMONII.

℞. Antimonii Hungarici optimè triti q. l.

Calcinetur in humili & lata olla non vitreata super ignem lentum, rudiculâ continuò movendo, nè in grummos concrescat, donec fumum (qui cavendus est) ampliùs non emittat, & in pulverem cinerei coloris convertatur, tum in crucibulo exactè tecto forti igne liquetur, & ubi colorem debitum pellucidum (quod & massula ferrô intincta adhærente cognoscitur) acquisiverit, mox supra pelvim æneam vel in modulum pro libitu effigiatum effundatur.

CLASSIS XIX.

DE QUORUNDAM SIMPLICIUM EX TRIBUS REGNIS DE SUMPTORUM PRÆPARATIONE.

AGARICUS TROCHISCATUS.

℞. Agarici electi albissimi unc. quatuor.

Vini generosi, in quo Zinziberis drach. un. infusa fuerit. q. s.

M. & in mortario lapideo contunde, ac formentur inde Trochisci.

Nota. I. *Non satis passim distinguunt Authores inter agaricum trochiscatum & trochiscos de agarico, cùm ille sit agaricus suô modô simpliciter correctus, hi verò potiùs compositum, unde etiam dicuntur Trochisci de agarico, utì ejusmodi compositi Trochisci plures in Pharmacopoliis exstant.*

Nota II. *Sub ipsa trochiscatione observandum, omnia cautè & celeriter*

leriter debere peragi, aliàs facillimè nigrescunt trochisci, & sub tempore hyemali feliciùs quoque albedo hæc obtinetur, quàm si sub sole aut calore alio Trochisci hi præparentur.

ÆS USTUM.

℞. Laminas cupreas & cum sulphure stratificentur, & comburantur, donec in crocum vel pulverem fatiscant.

NOTA. *Veteres cupri laminas cum æqualibus sulphuris & salis communis partibus stratificabant, ac igne sufficiente calcinabant in vase clauso, juncturisque lutatis relictô solùm spiraculô.*

ALOES PRÆPARATIONES.

Aloe depurata
insuccata
fragrata
rosata
violata

Sunt variæ Aloes præparationes & correctiones.

NOTA. *Duplicem substantiam in hoc Aloe detexerunt curiosiores naturæ indagatores, unam resinosam, alteram gummosam; illam reperêrunt virtutis irritativæ & accensivæ, hanc verò balsamicæ & mitioris indolis, ac in hac potissimum radicari virtutem laxantem volunt peritiores. Portio resinosa non solvitur in aqua, sed spiritu vini extrahitur, quæ hæmorrhoides æquè ac colicas affectiones sæpè causat, portio gummosa menstruo etiam aqueo obedire solet, inde in usu hodierno est.*

ALOE LOTA seu DEPURATA.

Dum menstruô aqueô Aloe solvitur, pars resinosa in aqua non solubilis segregatur, ac ad fundum secedit, solutio verò portionis gummosæ ad consistentiam debitam iterum inspissatur, ac usui asservatur, & qui cautiùs hìc progredi volunt, aquâ acidulatâ solutionem peragi jubent, aut quod potiùs approbamus, in fine succum citri vel nonnihil aceti infundunt, quo ipso portionem gummosam puriorem & simpliciorem obtineri dicunt. In his saltèm duobus potissima correctio aloes adeò in præparatione pillularum Pecherianarum à Stahlio laudata consistere videtur.

NOTA I. *Veteres huc etiam fortè respexerunt, dum varias, quas insuccatas dicere possumus, docuêrunt aloes præparationes, ùt sunt*

Aloe fragrata
rosata
violata &c.

